

## S A

## S A B

**S**abina herba, Grecis οφέλος καὶ θάρον, οὐκέτι θάρον, ut inquit Dioscorides dū orum generū est. Vna folijs Cupreso similis, spinis horridior, grauiter olens, acris & feruens. Arbor est coacte breuitatis, quæ se se magis in latitudinem fundit. Huius folijs nonnulli pro suffitu utuntur. Altera Tamaricæ similis est folio. Dioscorides lib. 1. Plinius lib. 17. ca. 13. lib. 4. ca. 11.

Sabucus, Acte dicta apud Dioscoridē lib. quarto, capite. 184.

Sabtara, uicum uisus, contingens ex grossicie ipsius spiritus, & turbidine humorū.

## S A C

Sacandrus, Lege. Clitorium.

Saccharū Arabia fert, sed laudatius India.

Est autem inel in harundinibus collectū, gumī modo candidū, dentibus fragile, amplexissimum, nucis auellanæ magnitudine, ad medicinę tñ usum. Plin. lib. 12. cap. 8. Legē, ελαιομέλι, & Herbarij nostri tom. 2.

Saccharum candidum, uel canarium, quod quarto, uel quinto excoquitur, donec spezie aluminiis scissilis fere transluceat.

Sacer ignis, malis ulceribus adnumeratur. Eius sunt species duæ: de quibz uide Celsus libro. 5. capite. 28.

Sacer magnus: quo modo epilepsia sacer morbus uocatur, id est, magnus, auctor Aurelianus.

Sacopenium, idem quod Sagapenium.

Sachar, idem quod Saccharum.

Sacra, multa uocamus: hieram picram Galeni, sacrum morbum, sacrā famem, sacros tripodas, sacrum os.

Sacra fistula dicitur a nostris, quæ græcis ιερὰ σύριγξ, uertebris cōstat. 24. eas uertebras, siue nodo s. phōdylos Græci dicunt, & Aristoteles. Nā spina ipsa uocatur etiā Rhachis.

Sacrium, id est, IЕectrum, sic Scythis dictū apud Plinium lib. 37. capite. 2.

Saropoda, qui latos habet pedes, cuiusmodi ferunt fuissé Pittacum.

## S A D

Sardum, idem quod Sedum, & Aizou.

## S A G

Sagapenium, ferulaceæ herbæ succus, quæ in Media nascitur. Dioscor libro. 3. ca. 94. Plinius libro. 19. capite. 8.

Sagæ, fœminæ sunt diuinatrices & ariole;

## S A

dictæ, quasi satis age, de quibz est illud poetum, polluta est magico sagæ ministerio. Piatrix quoque alio uocabulo dicebatur, quæ expiare erat solita, Sagis clāgoribus æther, ait Statius Papinius. Exponit commentator, sagis id est, diuinis. Vnde & præ sagia, prædiuinationes dici autumāt. Alter sentit Cicero. Columella libro. 1. cap. 8. Sagda, uel Psagdan, suffimēti genus; etiā Nicander non unguentum, sed homines effeminatos & profligatos moribus intellegat.

Sagitta, inter sidera est, quam Herculis fuisse fabulantur: qua aquilam interfecisse dicitur, exedentem iocinera Promethei. Columella libro. 11. cap. 2.

## S A I

Saitica, chartarū genus, ab oppido, ubi maxima fertilitas ex uilioribus ramentis eius fuit quondam.

## S A L

Sal dodecatheos, siue duodenarius, cōmen datur ab Aecio serm. 9. cap. 24.

Sal translucidus in Pachyno. Solin. cap. 11.

Sal sacerdotale, existimo ab achymistis non men accēpisse, ut alia pleraqz, non ab sacerdotibus tempore Heliæ, ut inquit Saladin.

Salem purpureum habet Aetna. Solinus capite undecimo.

Salem Agrigentum si in ignem miseris, soluitur ustione: si in aquam, crepitat. Solinus capite undecimo.

Sal Indus, uel Indum, id est, Saccharum, sic enim Panlus Aegineta interpretatur lib. 2. cap. de lingue asperitate. Sophiste hodie & barbari, cum officiis, nescio quid aliud pro Sale Indo solumnant.

Salis multa genera, uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 117. Plin. lib. 31. cap. 7. 9.

Salacissimi, libidinosissimi i. & rei Venereæ appetentissimi. Caudam salacē dicit Horatius genitalia. Bulbos salaces Epigrammatista: quia extimulat libidinem. Homo item salax dicitur, ad rem Venereum propensus & uralidus. Colum. lib. 8. cap. 2.

Salamandra ex sententia Dioscor. libro secundo, Plinius item libro. 11. cap. 24. & lib. 10. cap. 67. nunqz nisi magna imbrum tempestate prouenit, & siceata tempestate deficit. Aecius Ascalabocē animali simile facit, sic enim quidam interpretantur. Plura Barbarus in Coroll. annotauit lib. 2.

## S A

**Salatites lapis**, a Solino cap. 12. describitur.  
**Salca**, unguenti Syriaci nomen apud Aesciū serm. 12. cap. 42.

**Salgama** priores dixerunt, quæcunq; conditanea ad uictum nostrum in uasis seruantur. Columella lib. 13. Hæc uasa dedita opera fieri oportet patent ore, & usq; ad imum æqualia, nec in modum doliorū formata: ut exemptis in usum Salgamis, quicquid supereft, equali pondere usq; ad fundū deprimatur, ne innatent, sed semper sint iure submersa. Quin & in hortorum cura idem ita cecinit:

Tēpore non alio uili quoq; salgama merce, Capparis, & tristes imulæ, ferulæq; minaces Plantantur. Apud eundem Salgamarios legimus, lib. 13. de Rapis. Deinde sicut consueuerunt Salgamarij decussuri ferramento limato incidere. Salgamarios putat, qui Salgama uendunt, aut etiam cōdiunt. Lege, Pomī nomen.

**Salgamarij**. Lege, Pomī nomen.

**Salgarium**, & **Salmentarium**, pro Salsamentario, apud Pliniū libro tricesimo quinto, capite sexto.

**Saliates cœnæ**, a Salijs, quibus per omnes dies ubicunq; maneant, quia ample ponebatur cœna. Si que aliq; magnæ cœnæ sunt, appellantur quoq; Saliates.

**Salinarum metallū** funguntur cautium ministerio, & ex sale exciduntur facies hominum & Deorum. De quibus uide Solinū capite undecimo.

**Salire** propriæ animalia dicuntur ratione parentia, quando foeminā mares ineunt. Ab eo fit Salior. Vnde, Leta salitur ouis. Et **Salax**, salacis nomen, quod significat in contu fortem.

**Saluaris**, id est, Pyrethrum, apud Dioscor. lib. 3. cap. 84.

**Saliunca**. Vide, Nardus Celtica.

**Salix**, græce ιτε, uulgo nota arbor. Vide Dioscoridem libro primo. Pliniū libro 24. capite 9. libro 17. capite 20. libro 16. capite 37. atque inibi de eius generibus Barbari Coroll.

**Salix Viminalis**, a uimībus appellata,  
**Salix Vitellina**, a colore luteo, gracilior priore.

**Salix Gallica**, que longe tenuissima est.

**Salix Græca**, flavi coloris.

**Salix Sabina**, gracilibus uirgis, atq; rutilis,

## S A

quamplurimi uocant Amerinam, ut inquit Columella

**Salicem Amerinam**, a Romanis Græcorū Agnum dici aperte Dioscorides testatur. Sed utrum id sit in Pliniū & Columellæ lecture, diligētores facile cognoscent. Certe Vergilio uidetur Græcorum agnū nequaquam Salicem esse Romanam: suscipit ab imperitis latinarum rerū Græcorum Medicis eam Diosc. appellationē accreuiſſe. Vide Verg. Comment.

**Salices Petricales** procere, & uineis iugandis idoneæ, balteo corticis uincula præbentes.

**Salsum** non locum tantum Seruio significat salicū, sed & uirgulti quoddam genus, dictum quod saliat cito: nescio an lupum uelit salictariū. De quo uide, Lupus salict. Salmo fluuiatilis, marinis omnibus præfertur. Plin. lib. 9. cap. 18.

**Salpa**, piscis.

**Salsamentum**, quod piscium carnibus & sale constat, non simplex, aut unum, sed multifarium. De Salsamentis plura Atheneus Dipnosophist. lib. 1. & Barb. Corol. Thynnorum, apud Diosc. lib. 2.

**Salsamentaria** uasa, quibus salsamenta condolent. Colum. lib. 2. cap. 10.

**Salsamentorum**, & **Salgamorum** differentiam, uide in Corol. Barb. quod annotauit in Thynnos, apud Diosc. lib. 2.

**Salsilago**. Lege, Garum.

**Salsugo**. Ibidem.

**Saluia**, Elelisphacos, apud Diosc. lib. 3. ca. 38. Theophr. lib. 6. cap. 2. Plin. lib. 22. ca. 25.

**Saluia** dicta est, quasi salutaris ad multa, præsertim ad fœcunditatem.

**Saluiatum**, quod a quibusdam Saluatum dicitur, potionis genus est, quo in ueterinis iumentisq; maxime utuntur ueterinarij, hoc est, Medici ueterinorum. Sunt autem Veterina animalia, quæ uehere possunt. Saluatum a saluia, quasi succo dictum uidetur. Qui Saluatum legere mauult, a saluia, siue sale nuncupationem trahit. Saluati Plinius quoq; commeminit, & a Columella dictum est, per uiam lacte saluatur. lib. 6. cap. 5.

## S A M

**Samara**, Vlmī semen.

**Samara**, siue Amera, semen ulmorum. Columella lib. 7. cap. 6.

## S A

Samius lapis, in Samia terra inuenitur, quo artifices utuntur poliendo auro, ut resplendet. Dioscor. lib. 5. cap. 164.

Samia terra quæ, uide apud Dioscor. libro 5. capite. 165.

Samothracice, Laurus Alexandrina, apud Dioscor. lib. 4. cap. 148.

Samphoriticon, Nardi genus, cui locus nomen indidit; frutice breui, in magnas se spargens spicas, candore caulis hyrcorum virus redolente. Dioscor. lib. 1. cap. 6.

Samsuchum, Maiorana, nota satis, & inter coronas recensita. Meminit Dioscorides lib. 3. cap. 45.

*σάμυσυχον*, Samsuchus, Amaracus, apud Di scoridem libro 3. cap. 45.

*σάμυσύχινον ἐλαῖον*, Samsuchinum oleum.

## S A N

Sandaraca, apum cibus. Plinius libro undécimo, cap. 7.

Sandaraca adulterina, apud Plinium & Vi cfruum; Sandix apud Dioscoridem. Parrysrot.

Sandaraca fossilis. Bergrot.

Sandaracinus color. Vide, Color uarius.

Sandaraca quæ potissimum probetur, uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 113.

*σάρδιξ*, Acorus. Quo uero etymo, non uideo, nec id explicant interpretes.

Sanguiculus, sanguis hædi in cibū igni coctus, nigrū lus uocatus, ut Iulius Pollux interpretatur.

Sanguificatio, est nutrimenti in sanguinem mutatio.

Sanguinalis, Agrestris, uel Gramen, apud Dioscor. lib. 4. cap. 33.

Sanguinaria, ueeggraſs. & estuerum Polygonion. Dioscor. lib. 4. cap. 5.

Sanguis optimus quis.

Sanguinis humiditas unde.

Sanguinis pituitosus humor.

Sanguis quidam est, qui non congelatur. Omnia apud Galenum libro de atra Bile, fol. 11, 12, &c. 13.

Sanguis confert prudentiam. Hippocrates de Flatibus.

Sanguine permutato, concidit simul prudenter.

Sanguinis substantia ex humo ribus cōstat, qui sunt, pituita, flava bilis, & atra. Lege, Humores.

Sanguis & intra, & extra corpus cōcrescit.

## S A

Sanguis Apocathemenes, Lychnis corona ria, apud Dioscor. lib. 3. cap. 113.

Sanguis asini Aegyptiaci, Pteris, uel Filix, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 196.

Sanguis Aeluri, Magice Stratiotes herba, apud Dioscor. lib. 4. cap. 103.

Sanguis Crocodili, Leontopodium, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 132.

Sanguis febris, Cici, uel Ricinum, apud Di scoridem lib. 4. cap. 167.

Sanguis Herculis, Centaureum magnum. Dioscor. lib. 3. cap. 7.

Sanguis item Herculis, Veratrum album, apud Dioscor. lib. 4. cap. 151.

Sanguis Hominis, Magice Artemisia, apud Di scor. lib. 3. cap. 125.

Sanguis Ibidis, Rubus, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 40.

Sanguis Isonis, Marrubium nigrum Magice, apud Dioscor. lib. 3. cap. 116.

Sanguis Martis, Lilium uulgare, apud Di scoridem lib. 3. cap. 115. Lege, Asarum.

Sanguis Gassa. Lege, Cochlea.

Sanguis Mustelæ, Asplenium, apud Di scoridem lib. 3. cap. 152.

Sanguis Mineruæ, Aiuga, uel Chamēpītys, apud Dioscor. lib. 3. cap. 176.

Sanguis oculi, Anagallis dicta a magis.

Sanguis Podotis, Magice Scordea, apud Di scor. lib. 3. cap. 123.

Sanguis Tauri, Marrubium, & Prassium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 118.

Sanguis Titani, Lactuca sylvestris.

Sanguis Titani, Rubus, apud Dioscor. lib. 4. cap. 40. & cap. 35.

Sanguis, Pus, & Sanies differunt. Quia Sanies & tenuior, uarie crassa, & glutinosa, & colorata. Pus crassissimum, albissimum, glutinosius & sanguine & sanie. Exit autem sanguis ex vulnere recenti, aut iam sanescente. Sanies est inter utrumque tempus. Pus ex ulcerere iam ad sanitatem spectante. Rursus & Sanies & Pus quasdam species & Graecis nominibus distinctas habent. Est enim quædam sanies, quæ uel ἡχωρ, uel Meliceria nominatur. Est Pus quod ἐλαιῶδες appellatur. ἡχωρ tenuis, subalbidus, ex malis ulceribus exit, maxime ubi neruo inflammatio secuta est: Meliceria crassior et glutinosior, subalbida, melligera subalbo assimilis fertur. Hæc quoque ex malis ulceribus exit, ubi nerui circa articulos lessi sunt.

## S A

& inter hęc loca maxime ex genibus. <sup>etiam</sup>  
ād̄s tenuē, subalbidum, quasi unctum, co-  
lore atq; pinguedine oleo albo non dissimile,  
apparet in magnis ulcerib; sanescen-  
tibus. Celsus lib. 5. cap. 5.

Sanguisorba, id est, Pimpinella. Lege, Pim-  
pinella.

Sangenon, Indi Opalon lapidem appellat,  
teste Plinio lib. 37. cap. 6.

Sanguinaria, Coronopodis, Bursae pasto-  
ris, Corrigiolæ, & multarum herbarum  
aliarum cognomen.

Sanguineus color. Vide, Color uarius.

Sanguis Draconis, non animantis foedi hu-  
mor nativus est, sed lachryma arboris, in  
insula, cui nomen est Portus sanctus, nu-  
per a Rege Portugaliæ per Aloysium Ca-  
damuscum inuenta. Colligitur autem sic.  
Statu anni tempore arbores sauciant; quæ  
ubi sunt incisa, anno sequente gummam  
emittunt per incisiones. Gumma uero de-  
cocta ahenis, ac defecata, sanguis efficitur,  
quæ appellant Draconis. Eius arbor pro-  
ducit fructum ad instar Cerasi mense Mar-  
tio, gustu eximium, coloris Veneti. Hæc  
Aloysius ipso nauigationis suæ lib. 1. ca. 4.

Sanguinem mortuum, mortuiq; Diaboli  
mortum uocant Barbari: quæ latine nos  
infra interpretati sumus Sugillata.

Sanies. Lege, Sanguis.

Sanitas, est equabilitas & bona temperatia  
quatuor elementorum. Vel sic,

Sanitas est bona temperatura quatuor ele-  
mentorum. Animal enim calido uidelicet  
& sicco, frigido & humido cōstat. Alijs sic,  
Sanitas est æqualitas eorum, & temperan-  
tia, quæ hominem constituunt, calidi nem  
pe, siccii, frigidii, & humidi.

Sanitas ad temperatiam relationem habet.  
Siquidem Sanitas, bona temperatura est,  
sive constitutio primarum qualitatū. Tem-  
peratia uero, quæ ab omni affectu, sive per-  
turbatione, aut passione, alienam & solutā  
reddit animam, uidelicet, uoluptate, metu,  
ira, tristitia, concupiscentia. Quamobrem  
operationes animæ imperturbatas facit.  
Diffinitur etiam sic: Sanitas est affectus se-  
cundum naturam, ad faciendam actionem  
idoneus. Porro nihil refert, utrum dixeris  
constitutio, aut affectus, sive ad faciendam  
actionem idoneus, sive caussam actiōis. Gal.  
libro de Symptomatū differ, Rursus sic,

## S A

Sanitas est corporis constitutio, in qua nec  
doloribus cruciamur, nec in uitę actionib;  
impedimur. Galen. lib. 1. de Sanit. tuenda.  
Sanitas, & bonus habitus differunt. Est enim  
Sanitus euexia mediocris & tēperata; bo-  
nus habitus, sanitas quædam composita,  
& cōstituta. Esse quidem potest bonus ha-  
bitus in Gymnasticis, sanitas uero nō pōt.  
Sanitati accidentū & competunt tria. Pul-  
chritudo, non qualis ea est, quę faciem me  
dicamine, aut comam succo, alioue phar-  
maco uenustā efficit. Bonus habitus: nec  
is sit, qui a gymnasio prodeat, sed ab inge-  
nua, frequentiq; sanitatis ratione. Integri-  
tas, sive perfectio, est membrorum robur  
& symmetria. Huius color est proportio, de-  
centia a natura necessario data. Quibus  
igitur insunt talia, his data est pulchritu-  
do. Est enim proportio membrorum, cum  
bono colore, id est, naturali.

Sansa dicitur officulum olivæ: Græi πύτυ  
ειν uocant. Colum. lib. 12.

Sansæ, nuclei, ex quibus sylvestres oleæ se-  
runtur. Sansam sunt qui & naucum dicunt:  
unde uerbū naucifacere: quandoquidem  
& fullones ob uilitatem artis Nacæ dice-  
bantur. Alia omnia fere opera ex lana grę  
ce νάκαις dici uolunt, ipsum quoq; nucis  
& rerum omnium putamina. Alij nucleū  
malunt iuglandis; alij medium illud dispe-  
pimentum.

Santonica herba, idem quod Santonicum  
Absynthiū. Autor Columella in Santoni-  
bus Galliæ.

## S A P

Sapana, Anagallis, Gallice.

Saperda, Lege, Hemineron.

Saphati, uel Saphatum, Barbare ulcera ca-  
pitis manantia, apud Dioscoridem & Pli-  
nium. Sunt qui ex Barbaris Saffati legat.

Saphyrus, lapis. Dioscorides libro quinto,  
capite. 148.

Sapineq; nuces. Est unū genus nucis pineq;  
Sapineum nomine, nucleorum cute ueri-  
us quā putamine adeo molli, ut simul man-  
datur. Colum. lib. 12. cap. 6.

Sapo, id est, Smegma, Habes Saponis in-

uentum apud Plinium lib. 28. cap. 12.  
Saponaria terra. Lege, Cimolia creta.

σαπέρτης, ή σαπέρια, ex ueteribus lignis  
& truncis caries. German. Vuurmeeel.

Vsum eius docet Dioscorides lib. 1.

Sapo Saponaria (sup. gen.  
long. lib. 2. cap. 43) si ex datur  
partib; fine regalib; (q; f;  
vid. e. fine 200) & Letia olio olo-  
m. 148.

Sapo Galliæ si ex datur  
partib; regalib; & letia olio olo-

lom. 148.

## S A

## S A R

Saropoda Alceus Pittacum sapientem appellabat, quod latos pedes haberet: necnō Chærapoda, quod ulceræ in pedibus sentiret, quæ uocant Cheradas.

Sarcites, Hydropis tertia species, quæ per oēm corporis coagmentationē ac miscelliam humor disseminetur, ut ad instar spongiarum, aut papyri, uniuersa caro perma-defacta appareat, atq; ob id totum corpus, similiter ut ilia intumescit, & mortuo simile euadit. Aecius lib. 10. cap. 20.

*σαρκονίλη*, caro quæ increscit inter tunicas testiculorum.

Sarcocolla: sic Dioscorides appellat Argemonis speciem alteram, lib. 2. cap. 197.

Sarcocolla etiā arbor destillans gummi utilissimū pectoribus, ac Medicis, simile pollini thuris: & ideo candidum quam ruffum melius. Plin. lib. 13. cap. 11. & libro. 24. cap. 14. Dioscor. lib. 3. cap. 98.

*σάρκωμα*, carnis in naribus præter naturam incrementum. Paulus. Eiusdem polypo naturæ & substantiæ cæteri Græcorū Medici id esse dixerūt, semperq; a polypo statim de eo docuerunt. Differt autem a Polypo magnitudine. Galen. de Definition. Polypus enim a multitudine pedum diciatur. ut enim illi, multis habet morsiones, & scissuras, contumescuntq; & increscunt, sic morbus iste eodem modo.

Sarcomphalos, est incrementū carnis præter naturam in umbilico.

Sarda, lapis, apud Solinum cap. 20.

Sardianæ glandes. Lege, Castanea.

Sardinia, nomē piscis uilioris: existimo em̄ esse, quem uulgas uernacula lingua Sardelam appellat. Colum. lib. 8. cap. 17.

Sardonias herba, ubi proueniat, & de uirib. eius, Solinum inquire cap. 10.

Sardonyches, inquit Plinius lib. 37. cap. 8. olim, ut ex nomine ipso apparet, intelligebantur candore in Sarda, hoc est, uelut carnis in ungue hominis imposito, & utroq; translucido. Cætera Plinius.

Sargus piscis, qui cœnum fodit & uorat. Plinius lib. 9. cap. 17.

Sarianus color, Lege, Color uarius.

Sariosis, passio est iumenti, ut cum biberit, infletur, & sufflet. Vegetius Veterin. lib. 3. capite. 26.

Sarmenticius cinis quā uim habeat, & præ-

## S A

parationem eius, lege apud Dioscoridem. Sarmentula, Tithymalus Myrsinites, inter prete Theodoro Gaza, apud Dioscoridē lib. 4. cap. 170.

Sarra, discoopertio albedinis occulti.

Sarranæ uiolæ, Epitheton est poeticum. si quidē Poetis Sarranus color est purpureus, a Tyro, quæ olim dicta est Sarra. Vergilius, Sarrano dormitat ostro. Columel. lib. 9. cap. 4.

Sarrire, est sarculo, quod ferramentum rusticum est, aperire segetes, & terram promouere ad herbas perimendas, & rubiginem propulsandam. Vnde sarritio, & sarritor dictus operarius sarritionis, & sarritoria opera, & sarritura, id est, sarritio, & fossæ. Columella lib. 2. cap. 12.

*σαρπόνοδα*, qui latos habet pedes.

Sarua. Lege, Alua.

*σάρξ ἐνδένθος*, caro friabilis.

Saxiphagon, uel Saxifraga, apud Diosc. lib. 4. cap. 18.

## S A T

Sataria herba, Peucedanum, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 90.

Satiuum, idem quod Sitanum. Sic em̄ Dores loqui maluerunt.

Satureia, nota est, apud Diosc. lib. 3. cap. 43. Plin. lib. 19. cap. 8.

Saturnus, Bley, ipsis Chymistis.

Saturnus calcinatus, Bleyesch.

Satyri, facie admodum grata, gestorum imitatores, quemadmodū Simiæ. Aelianus.

*σατυρίασις*, malum quod fit arridente & intendente se hominis genitali: simul ei etiā propinquæ intenduntur partes: in aliquis seminis eiectio etiam cū uoluptate fit. Alienantur mente aliquando qui id patiuntur, sequiturq; neruorū distentio. Posteriores Græci παλμόν, id est, palpitationē, auerbo *σαπνεῖσην*. Vel,

*σατυρίασις*, est pulsus testium, & uelut singultus quidam inguinum, sequens inflamatam passionem seminalis receptaculi, cum intensione & tentigine. Quod si non cessauerit pulsus ille, seminis receptacula intenduntur, spasmusq; nascitur, & moritur homo.

Satyrion, Erythroniō, uel Pastorale, quod ad incitandū libidinem pecoribus datur.

De quo uide Dioscoridem libro tertio, capite. 145.

## S A

Satyrion, Polyrhizon: alias Sistolochia, ut placet Barb. in Coroll. Aristolochiae. Satyrium, aliqui Trifolium uocant. De quo uide Dioscor. lib. 3. cap. 144. Satyriston, apud Dioscor. lib. 3. cap. 145. Satyrus, primus praeceptor Galeni, ut confirmat lib. 1. Anatomicae. Satuum, idem quod Sitanum. Sic enim Dores loqui maluerunt.

## S A V

Sauri, obturatis qua parte est uentus spiratus caueris, ex alia parte aperiunt fores. De cætero ipsis uillosoior cauda pro tegumento est. Plin. lib. 8. cap. 38. Sauritis, Anagallis. Sauic arabice, græce Alphiton, & latine Polenta. Polenta aut quid sit, lege, Polenta. Saura, Lege, Lacertum. σαύρας ἡ κεφαλή, Lacertæ caput. Saurion, Sīnapi, ut Athenienses uocant. σαυρίτης, Lege, Lacertum. σαύρας, Lacerta.

## S A X

Saxatiles pisces uocant, quod in saxis ac petris stabulentur. Medicí recentiores Petri nos appellant, eosq; maxime probat. Scribit Cornelius Celsus, Saxatiles pisces esse leuiores in esca. Colum. lib. 8. cap. 17. Saxatiles pisces Græci uocat πετρέες, quos saxosum mare mittit: ut merulæ, turdi, elephetides, menalurnæ: in ægrotantium cibis a Paulo sape laudati. Saxifraga, Dioscor. lib. 4. cap. 19. Saxum arenosum, Sandtsteyn. Saxum corneum, Hornsteyn. Saxum scissile, Schyfersteyn.

## SCA

Scabies durior, cutis rubicundior, ex qua pustule oriuntur quedam humidiiores, quedam sicciores. Prurit & serpit: que asperior est, & prurit, ἄχρια dicitur, id est, fera. Scabies palpebre, est quedam grossicies accidentes in interiore parte palpebre superioris. Scabies Hispanica, morbus Gallicus. Scabies arboris quæ uocetur, & quomodo scabiæ contrahant arbores, require ex Theophrasto lib. Plantarum, cap. 16. Scalpellus, cultellus quo ad deiectionem sanguinis incidunt neruus, Laszeysen. Scalponeas, calceos putamus ex lana confectos. Teut. Socken, oder, Filtzschuoch. Scambonia, eadē quæ & Scammonia, apud

## S C

Dioscoridem libro quarto, capite. 182. Scamna, agricolæ uocant glebas grandes, quæ solent excitari prima aratione, cum in processo crudum solum immotumq; relinxquitur: quod cauendum esse præcipit lex rusticatiois. Hinc illud Plinianum: Scamna inter duos fulcos, crudaue relinquuntur, globæue exultent. Scamna quoq; dicuntur in arboribus ramorum quasi sedilia. Sic cut & tabulata. Colum. lib. 2. cap. 4. Scammonia, & Scammonium quid sit, uide apud Dioscor. lib. 4. cap. 182. Scammonion, Tapsia, apd' Dio. li. 4. ca. 159. Scandalacum Thlaspi. Lege, Thlaspi. Scandiana, uel Scæciana mala, nā utrūq; reperitur apd' autores. Macr. legit Scædiana. Scandulæ, sunt ex robore, abierte, & picea fissis, uel assulatim dissectis. Item, Scandulas, asseres modicos & graciles uocant. Et in Commentarijs Apuleianis, uidetur dici Scandulæ a scandendo, qm ad scandalare tectū gradib. ascendimus. Est aut scandulare tectū superior pars domus, quæ tegulis est proxima. Scribit Plinius, Vrbē Romā scandulis fuisse connectā usq; ad bellū Pyrrhi. Scandulæ ex robore aptiss. sunt, alijsq; arborib. glâdiferis. Col. li. 7. c. 3. Scandulaca, quæ scandendo fruges necat. Scandix, sylvestre olus, amarū, subacre, Comicis Poetis celebrata. Hæc, inquit Verg. hodie ab Herbarijs ignoratur: & quā illi modo Scandicē appellant, latiore, & quasi Betæ folio est. Antiquitas autem, ut in re nota sit, nullas eius certas notas tradidit. Veruntamen, ut ex multis coniçere licet, tenui, & capillato folio est. Plin. lib. 21. cap. 15. inter sponte nascentes meminit: coniunctiq; illi, ut uerissimile est, congeneres plures alias, quæ omnes tenui folio, & capilla ceo sunt: præsertimq; Caucalim, & Tragopogona: quæ a capillamentis que pro coma habet, Coma dicta est a Græcis. Ob quam cauſsam non ab re penitus fuerit, similem in foliorū figura illis credere. Barbarus. In exemplari græco Dioscor. adaptam uidi Scandicē fœniculi folio fere, cū corniculis, in summo floribus luteis, siue albis. Hac ipsa specie in sylvis quoq; uisitatur, frutice odorato, flore candido. σκάνδιξ, herba Scanaria. Scaphi, fabarum nomen apud Aethruscos, & in Latio olim, Forte rectius Scapos: ut

## S C

& Plinius appellavit lib. 18. Inuentus est, inquit, Scapus centum fabis onustus, & inde fortasse Scaphus inoleuit, pro Scapus. Scaphium, Caluaria, uel κράνιον ab Aristo phane uocatur.

σκάφος, uocant auriū illum meatū, anfractū Scapus. Vide, Muscarum. (tortuoso. Scapus. Lege, Scaphi.

Scapus asphodeli. Plinius frequenter ponit Scapū pro stipite plantę & caule. Est autē Asphodelus herba, Hesiodi præconio celebata, cuius mentionē & Homerus fecit. Māditur & semine tosto & bulbo, sed hoc in cinere tosto, dein sale & oleo addito: folium habet oblongum & angustum. Colummella lib. 9. cap. 4.

Scarabei. Vide Plin. lib. 11. cap. 28.

Scarificatio, sunt minutæ cutis incisuræ, quæ in cucurbitulis quoq; imponēdis utimur. Est & Scarificatio utilis arboribus cū incisuris perpetuis: laxant corticem, uelut cū tem acie falcis, & ita dilatatae cicatrices, renato corpore expletur, fiuntq; arboris lutes. Nam magna ex parte similis hominum Medicina & arborum est. Apud Plinium perperam legitur, Caprificatio, pro Scarificatione. Colum. lib. 6. cap. 10. Scari, sunt pisces qui soli dicuntur ruminare, & herbis uesci. Scaro olim data est principatus inter pisces: de quo Martialis: Hic scarus æquoreis qui uenit obesus ab undis, Visceribus bonus est, cetera uile sapit. Colum. lib. 8. cap. 17. Lege, Onistos, & Piscium fere.

σκαρούμντικοι, qui nimium conniuent.

σκαρθμός. Vide, Pedem.

## S C E

Sceilem, uena, quæ alio noīe funis brachij. σκελετύβει, paralysis quædam species, cū rectum seruare incessum non ualemus, & crura uelut arida conscententes attrahimus, ac sinistrum quādoq; dextero circumferimus, quandoq; ediuerso.

σκέλος, totum ex coxa consurgens, ex crure, sphyro, & pede.

σκεπτεριζει, ancipiti securi percutere. Vide, ἀποσκεπτερισμός

Scepturn Elisei, id est, Asphalathus. Vide in Dioscor. lib. 1. cap. 18. Plin. lib. 12. cap. 24.

Scepturn, Lychnis, apud Dio. lib. 3. ca. 113. σκηδοφθαλμία, duricies oculi, ac δισκινήσια, id est, difficilis motus,

## S C

σκελετός, cadaver assiccatum anatomicum, quod reseruari solet.

Scenæ uocantur, quæcunq; in castris, alijsq; locis, ex frondibus, culmis, pellibusq; temporaria domicilia fiunt: quales ad umbrā in hortis etiam eriguntur. Antiquiores Latinī Attegias, uno nomine cuncta hæc uocauerunt. Sic Iuuinalis: Dirue maiorum attegias. Barbarus opus topiarum ubiq; fere in Dioscoride interpretatur: pariter & Ruellius. Parum tamen probante eam interpretationem Marcello Vergilio. σκυπός. Lege, Fulmen.

## S C H

Schetica febris, quæ facile discutitur. Galenus. s. Method.

σχήσις, dispositio, quæ facile addiscitur.

σχίνινος ελαιος, oleum lentiscinum.

σχῖνος. Vide, σχοῖνος.

Schinostrophon, sativa Canabis, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 166.

Schinus, Lentiscus.

Schinus aromaticus, uel odoratus iuncus, Sium. Lege, Sium.

Schinus leuis, Oxychinus, apud Dioscor. lib. 4. cap. 55.

Schiston lac quid sit, uide in dictione, Lac Schiston. Modus eius coquendi describitur ab Dioscor. lib. 2. cap. 77.

σχισός. Ex omni lacte fit quod Schistum appellat, siue lac scissile. Vide, Serum lactis. Schistos, lapis in Hyberia Hispaniæ contemna gignitur. Lege de eo apud Dioscor. lib. 5. cap. 136. Plin. lib. 36. cap. 20.

Schoenianthos, uulgo Squinantum in officinis.

σχοῖνος, Græci communi iuncorum aliorū uoce nominant, quæ nos rotundum, odoratum iuncum: ut a Lentisco differat, quæ σχῖνος appellant. Opinor hoc in loco intellegendum esse de Iuncō illo odorato, cuius meminit Plin. in. 12. qui gignitur iuxta montem Libanū. Tradunt Iuncū quoq; odoratum in Campania inueniri. Idem Plinius in compositione unguentorū adhibet & Iuncum. Est aliud quoddam genus Iuncorum, quod a Græcis Oxychinon uocatur. Præterea Schoenus nomen est mensuræ, ut placet Eratostheni, stadia quadraginta cōtinet. Aliqui, 22. stadia singulis Schoenis dedere. Barbarorū gentes itinera metiuntur partim Schoenis, partim Parasan-

## S C

gis, ut Persæ: partim Leucis, ut Galli: partim stadijs & passibus, ut Romani. Columella libro duodecimo, cap. 20.

Schoenus, arbor Lentisci, luncus.

## S C I

Sciatica, perperam pronunciant nostrates medici: cum scribendum est, *ἰσχιατικὴ*.

*ἰστιαδίον*, Lege, Umbella.

Sciatrophia, umbratilis uita, mollisq;: quam hactenus Monachī & Monachæ nostræ cegerunt.

Scientia, est comprehensio nunq; a ratione aberrans. Vel, Scientia est habitus præceptionum, opinionem firmam & immutabilem sub orationis forma apprehēdens. Galenus de Definit.

Scienæ, pisces marini. Plin. lib. 9. cap. 15.

Scilla. Id quod barbare hodie uocant Officinæ Squillā, Hippocrates uocat Scellam.

Plura de Scilla Dioscorides lib. 2. cap. 190.

Plinius lib. 19. cap. 5. Theophr. lib. 7. ca. 11.

Scincus, Rubus, apud Dioscoridē libro. 4. capite. 147.

Scincus, aut Aegypti, aut Indiæ, aut Rubri maris alumnus, ut inquit Dioscor. libro. 2. cap. 71. quāuis inuenitur et in Lydia Mauritaniæ. Est autem terrestris Crocodilus sui generis, qui falsus affertur cum nasturtio. Meminit & Plinius libro. 28. cap. 8. Hodie in officinis exhibetur sub nomine scincorum, paruarum lacertarum magnitudine, quas hodie ex Vicentino agro pescantur, & pro aegyptijs supponunt. Plinius libro octavo, cap. 25.

*σκινδάλως*, id est, Assula. Lege, Assula.

Sciolebina. Romana lingua Stichas, apud Dioscoridem libro terio, cap. 29.

*σκιόγεδα*, qui latos habet pedes: cuiusmodi ferunt habuisse psitacum.

Scipiones, racemi lignei, & scapi quibus uriae continentur & acini inhærescant. Columella libro duodecimo, cap. 39.

Scirpus, iuncus est.

*σκιρόματα*, omnium generum duricies in humano corpore.

Scirrhomēnon, id est, induratur: quando tumor circa iecur fuerit, et in ipsa duricie uerberatur, resultans sine dolore,

*σκίρρος*, id est, duricies: affectio in partibus muliebribus, que tactui non cedit, inequilater tumet, & sine dolore aliquando fit.

Scirrus, intestinorum duricies quedam in

## S C

sensibilis, & quæ sensum nostrum effugit. Galenus libro. 1. de sanit. tuer.

Scirrus splenis, id est, duricies uix sentiēs, quando splenis sit excrementia, aut is plane durus sit, & rotundus. Lege, Holcinos.

Scirrus item corporis est tumor, cum dure & grauitate, & mouendi difficultate & insensibilitate.

Sciuri, obturatis qua parte est uentus spiraturus cauernis, ex alia parte aperiunt foræ: de cetero ipsis uillosoior ciuda protegumento est. Plin. lib. s. cap. 33.

## S C L

Sclauole, apud Varronem. Lege, Thalos.

*σκληρὸς ἀπὸ τερπίνης κάγκα*, duræ ex persicis pomis nuces.

*σκληρώμα*, id est, duricies, frequens in fœminis malum: uel duriusculus tumor, in aqua eorum locorum parte eueniēs a permanentibus & diuturnis inflammationib.

*σκληροφθαλμία*, duricies oculi, ac *στριξια*, id est, difficilis motus, quando prædricie, palpebræ uix a somno aperiuntur, fordesq; in angulis subsiccæ remanēt, oculiq; præterea subruffi.

## S C O

Scobis nomine significantur illa minuta triticea, quæ ex sectione serræ, & terebratione terebre decidūt in terram. Inde Scobina dicta lima fabrilis et instrumentū, iuuenalís. Semodio scobis hæc etenim dat seruulus unus. Item Horatius. Vilibus in scobis, in mappis, in scobe quātus Existit sumptus. Ouidius in obsceno carmine, quam pro sanguine puluerē, scobemq; in uenis medici putant habere. Rameta uero, sunt frustula paulo crassiora, maioraq; & quasi recisamenta. Plinius ait, Uvas in scobe, rametisue abiectis populi, fraxini utiliter servari. Descobinata crura, uocabulo prisco dixit Varro, p saucijs, abrasis, desectis. Columella lib. de Arborib. cap. 8.

Scoenostrophon, Equisetū, uel Hippuris, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 49.

Scolex, genus alterum æruginis.

Scolopax, Attraginis colore, gallinaceo genere persimilis avis, quam Theodorus uocat Gallinaginem, uernacula uocem sequutus. ita enim uulgo nominatur.

*σκολόπενδρα* marina dicitur. nam & terrestris est quedam, Dioscor. & Ophiostenā quoq; uocat, aut scolopendrā, aut uermē.

## S C

Scolopendræ, pisces terrestribus sunt similes, quas Centipedes uocant; hamo deuotato, omnia interanea euomunt, donec hamum egerunt, deinde resorbent. Plin. lib. 9. capite. 43.

**Scolopendron**, Polypodium, apud Diosc. lib. 4. cap. 198.

**Scolopendron**, Asplenion, apud Dioscor. lib. 3. cap. 152.

*σκολοποναχαιριόν*; aculeatus cultellus, Chirurgicum instrumentum.

**Scolymos**, id est, Carduus; de quo uide Dioscridem lib. 3. cap. 45.

**Scolecia**, erugo uocatur; partim, quia se contrahit in uermiculos sponte: partim, quia fingitur in eos arte. Vide Diosc. lib. 5. ca. 83.

**Scolopomacherion**, instrumentum chirurgicum, quo ulcerū radices excinduntur: sic enim Galenus uocat. 4. Method.

**Scombri**, pisces quidam in aquis sulphurei coloris. Plin. libro, 9. capite. 15. Ex his Garum optimum conficiebatur, in Mauritania potissimum, Beticaq; & Cartera, ex Oceano: ad nihil aliud utiles.

**Scoparegia**, Bunium, apud Dioscridem libro. 4. cap. 125.

**Scoparegia**, Sideritis, secundum Hermol. Barbar. in Coroll. Sideritidis, lib. 4. ca. 36.

**Scopes**, auium genus, cuius meminit Homerus Odyssea, ε,

*σκῶπες ἵρηκες τεταυγυλωσότε κορῶνει.*

Plinius etiam inquit: Nominatur ab Homero auium genus, quod frequenter saltat. Vnde et saltationis genus Scops. Sunt ex Græcis, qui Scopas Bubones esse dicant. Suidas nocturnas aues interpretatur. Vide Cælum lib. 7. cap. 14.

**Scopia uiarum**, uentus aquilo: sic dictus, q; diffando per purget, quicquid temere in uiijs obiacet.

**Scopula**, diminutiuum est Scoparum. Scoparius dicitur, per quam eleganti uocabulo conuerritor, hoc est, minister, cuius ministerium est scopis paumenta conuertere: quod maxime fit a prandio, & a coena. Colum. lib. 12. cap. 18.

*σκόπαλος*. Lege, Galeritam.

**Scordion**, idem quod Scordium, apud Dioscridem lib. 3. cap. 123.

**Scordion**, differt a Scorodo, id est, allio.

**Scordium** herba qualis sit, uide apud Dioscridem lib. 3. cap. 123. Plin. lib. 25. cap. 6.

## S C

lib. 26. cap. 8. De Scordio etiam opinione neothericorum, in Herbarij nostri tom. 2. Sed nescitur hodie quale uerū sit Scordū. Scordoprasum, magnitudine Porrū equat, qualitatum porri & allij particeps. Quale hoc allium & porrum ueteribus fuerit, incertū est, ut inquit Vergilius. Plinius nullibi eius meminīt, nec rei rusticę scriptores alij. Solus Paulus Aegineta, q; breuissime in Sexto, inter allia id numerauit. Verba eius sunt: Porri & allij imixtas habet qualitates Scordoprasum. Monstrū aliquod naturae credimus id suisse.

*σκόροδιον*, allij purgamentum.

*σκόροδον*, allium.

**Scorpij cauda**, Heliotropium magnū apud Dioscor. lib. 4. cap. cap. 203.

**Scorpioctonon**, Heliotropiū magnū, Ibid.

**Scorpioides** herba quæ sit, uide apud Dioscridem lib. 4. cap. 205.

**Scorpion**, Tragium alterum, apud Diosc. lib. 4. cap. 53.

**Scorpiuros**, Heliotropium magnum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 203.

**Scorpius** herba quæ sit, uide apud Diosc. lib. 4. cap. 205.

*σκόρπιος θαλάσσιος*, Scorpius marinus.

*σκόρπιος χερσαῖος*, Scorpius terrestris.

Scorpius, hominis saliuia corrūpitur, & rurus homo saliuia Scorpij. Scorpium necaueris, si iejunus illi inspueris.

*σκόρπιοπλάκατος*, a Scorpione ictus.

Scorpios, uolucres, & pennatos se uidisse specie locustarum, e Phrygia in Ioniam translatos, autor est Pausanias. Sunt & pulstres Scorpij, ac cœnosipotius. Item Pe lachij dicti, quos rufos colore prædicant, cum alteri sint subatri. Aristoteles & Scorpidas appellat: nec constrat, pro diuerso, an pro eodem genere accepérit. Scorpia na certe, ut Athenæo placet, euidenter a Scorpione differt.

Scorpius pingitur a Plinio libro. 11. cap. 24. Lege, Scorpios uolucres.

**Scortum**, Oscheon, idem circa pudenda; uerum rectius dicitur Scrotum, non Scortū, græce στρέφων.

Scordion, ut inquit Manardus, nascitur locis montanis & palustribus, folia habens similia chamædryi, maiora tamē, nec adeo in circumferentia incisa, aliquo modo allij odorem referentia, adstringētia gustum.

## S C

**Subamara**, uirgulis quadratis, a quib. flos subrubeus dependet. Et iterum, **Scordij** non solum herbam, uerum etiam significatum ipsum hodie amissimus. Alliū sylvestre eius loco, nominis similitudine decepti, accipientes: magis in hoc peccantes q̄ in petro selino: quod non ideo theriacæ imponitur, quia sit uenenosis pharmacia, aut feris repugnans, sed aquæ intercutis gratia, similiūmq; morborum. **Scordij** autem tantam uim esse nonnulli sīdē digni scripscrunt, ut, quęcunq; supra illud in p̄lio quodam corpora occisorū ceciderant, diutius remanerent incorrupta, secundū eas potissimū partes quæ herbam ipsam attingerant. Vnde creditur, Galeno teste, uenenis ferarum, et mortiferis pharmacis uehementer repugnare.

**Scoria ferri**, est stercus ferri, apud Dioscoridem libro quinto, cap. 85.

**Scorodon Cyprium**, & Antiscorodon p̄cipue celebratum Aphrice.

**Scorpiuron**, Ocimoides, apud Dioscoridē libro quarto, cap. 31.

*σκοτώμα, ἀπὸ τὸ σκοτόω, quam & σκότω σιν uocant, morbus capitis, tenebrositatē inducens & uertiginem.*

**Scotomia**, siue **Scotodimē**, ex frigidis & lētis humoribus in cerebrum deuocatis oriuntur: ita ut sic affecti, occasione parua succidant. Vertigines appellant eas nostri:

**Scotomatici**, quibus uertigines irrepūt, hijs enim uidetur caput circumferri cum lucis splendoribus.

**Scotomaticus** hinc dicitur affectus, hoc est, uertiginosus.

## S C R

**Scribonius Largus** medicus uetusissimus, nuper Ioannis Ruellij medici doctissimi, opera, et tenebris erutus, & a situ uindicatus. Scripsit de compositione medicamentorum librum sub Tiberio Cæsare, quantum licet ex ipsius cōmentario coniūcere. **Scripulum**. Vide, **Scrupulum**.

**Scrophularia**, Seuuurtz.

**Scrophulæ**. Vide, *χοιράστης*.

**Scrotum**, Lege, *δηρποι*.

**Scroti laxatio**, græce, *φάκωσις*.

**Scroti morbos** tres describunt: scilicet crison, scabiem, & rhacosim,

**Scrotum**, testium uocatur follis, ac eorum conceptaculum.

## S C

**Scrupulum**, Græci fere uancant grammation: id autem est pars drachmæ tertia. Porro scrupula uigintiquatuor, unciam constituit Columellæ, cæterisq;. Dimidiū uero scrupuli, se scrupulum dici potest: sicut se libra, librae dimidiū. In Medicina certe Celsus unciam, siue quod idē est, obolum, paulo plus dimidiū scrupulo: siue ut ipse appellat, scrupulo facit.

**Scropha**, quæ s̄p̄ius peperit sus.

## S C V

**Scutistrum**, uasis genus. Et uidetur ex figura græca deriuari, a scutia.

**Scutula**, et **Scutella**, non modo uasis genus est catini, sed & quicquid ad illā similitudinem formatur. Ut in arboribus, cum ptæ cipitur: scutulā eximere, inoculatiōis eius gratia, quę uocatur emplastratio, aliud nō est, q̄ partem corticis scutulatim detrahere, in cuius locū imponi queat par cortex ex arbore altera.

**Sculpones**, calceos putamus ex lana confectos, teut. Socken, oder Filtzschuoh.

## S C Y

**Scylla**, species est cepæ, siue bulbī: a qua acetum scylliticum dictum, Accōmodata est medicaminibus. De uino quoq; scyllitico, quod cum scylla fit, mentio fit a Palladio: & scylliticum acetum, quod oculorum aciem exacuit. Columella lib. 12, cap. 33.

**Scylmatis folia**, Lege, Alua.

**Scymatis folia**, Ibidem.

*σκόλοψ*, palus, uel aliud quod infigitur.

**Scyphium**, uel *σκύφιον*, græce caluaria: *σκυταλίδες*. Lege, κόνδυλοι.

**Scytalides**, qui subsunt articuli in digitis: uel, ut Aristophanes appellat, Phalanges. Insunt autem cuiq; dígitorum rres, pollice excepto.

**Scyton**, apud Dioscoridem **Glycyrrhiza** libro tertio, cap. 6.

*σκύλαλα*, aridiora oletula.

*σκύλαξ*, nonen cani accommodatum, dicitur em *σκύλαξ* græce catulus. Scribit Pollix in quinto Onomastici, *τροφῆν ξινας σκύλαξ*, εκ τῶν μητέριον γάλα, id est, alimento esse catulis maternum lac. Columella libro septimo, cap. 12.

**Scyram**, herbam inuisam nominat Nicander, & odiosam: nimirum quia in uereibus officit, quo tempore boues lasciuæ saltant, siquādo caules fruticū eius ederent.

## S E

Scythica radix, autore Vergilio, Glycyrrhiza, ex Theophrasto lib. 9, plant. Seythica equestris, Lege, Hippace.

## S E C

Secale, farraginis & pabuli genus Plinio, occarit tantum desyderans: ad arcendam famem utile: fœcunda, sed gracili stipula, uigoria triste, sed pondere præcipuum. Audiuimus qui Italicum esse nomē uelint, & nostram esse siliginem. Quā sententiam nos quoq; in Herbarij nostri Tomo. 2, expressimus, Secacul, Lege, Fraxinula.

Secta, quæ a Græcis ἀρτιστις dicitur, dogmatum plurimorum est assensus artificiose compositorum, quæ ad finem certū referri possunt. Vel Secta, dogmatum est multirudo mutuo se consequentiū, uel quæ apparent, uel quæ mutuo se consequi putantur. Vel sic. Secta est assensio, siue compositio plurimum dogmatum, quæ se mutuo, & quæ his similia apparent, consequuntur, aut consequi putantur. Definitur & huiusmodi quædā expositio. Secta est assensio ex multitidine dogmatū ad unum finem se consequentium. Galenus de Definit.

Sectæ Medicorum tres sunt. Rationalis, Empirica, & Methodica. Rationalis naturæ rationem habet; quæ inquirit causas: deinde signis ad illarum inuentionem utitur: & rationem capit a contrario. Empirica, ad accidentium concursus respicit, quæ aegris adiunguntur: & cōuenientē eis curationem obseruat, idq; nec morbo cognito, nec causa comperta. Credūt enim Empirici uerustissimi, qui rerum per experimenta sibi obseruatura historiam memorie prodiderūt. Methodica eorum, quæ in membris similia sunt contemplatrix est. omnes enim particulares affectus ad generales duos reducit, ad strictum uidelicet, & fluentem: quæ communia uocant. De his latissime Galenus in Introductorio fere per totum.

Sectarum autē principes, Rationalis quidē Hippocrates Cous fuit. Post hūc Diocles Charystius, Praxagoras Cous, Herophilus chalcidonius, Erasistratus chius, Mnesitheus athenaeus, Asclepiades Bithinus, Cienus, qui & Prusias dictus est, Empiricæ prefuit Philinus Cous, qui primus eam a Rationali separauit, occasione ab Herophilo suo præceptore accepta. Cum autem suam hæresim principem esse uellet, Acro-

## S E

nem Acragantinum, quo Rationali esset uerustior, ei initium dedisse dixerūt. A Philino Serapion Alexandreus ea secta floruit: deinde Apollonij duo, pater & filius, Antiocheni. Hos secuti Menodotus et Sextus, accurate eam coluerunt. Methodicā Themison laudacenus Syrius incēpit, qui ab Asclepiadē rationali deflectens, ad methodicę sectæ inuentionem se cōtulit. Post hos Mnasias, Dionysius, Proclus, Antipatrus. In ea autem nonnihil dissenserunt Olimpiacus milesius, Menomachus afro-sidæus, & Soranus Ephesius. Fuerunt & nonnulli ἐπιστολες τικοι apud Græco nominati: ut Leonides Alexandræus. Quidam ἐκλεκτii. ut Archigenes Apamæus Syrius. Hæc Galen, in Introductorio, siue Medico.

Sectæ priores in Medicina duæ, Empirica, & Logica. Empirica eorū est, quæ sequuntur, & circa idem obiectum, & eorū quæ quoquo modo apparuerint præcepit. Logica autem, siue Rationalis secta, est abditarum rerum, & incertarum, operationūq; quæ in ipso in edendi actu fiunt, uia & ratione consequentia, Gal. de Definit.

Sectorius porcus, qui gregem præcedens ducit.

Sectilia sunt, quæ dura constant, molliae sunt: quæcunq; nec diuisionem necessario anticipare, nec comminui cum diuiduntur possunt. Aristot. 4. Meteor.

Secundæ sunt, quibus aliquando infans ex utero inuolutus egreditur. Eæ autem geminæ sunt. Interior tenuissima & molliissima: quam Empedcloes ἄμνιστη uocauit. Exterior, quæ proprie Chorion, a nobis uero Secunda appellatur: quam & Hysteras quoque Græci appellant. Eas, hoc est, posteriores. Quanq; et uulua ipsa numero singulari Hystera nuncupatur.

Secundinarum strangulatio, est propter recursum Secundæ affectus, qui dceidētiā affert, uocemq; adimit, quare respiratio eis non potest fieri, ut cuiusnotum est. Gal. Securidaca quæ sit, uid e apud Dioscoridem libro tertio, cap. 147.

## S E D

Sedem thoracis, superiorem uentrem Hippocrates uocat, a pulmone occupatum.

Sedes, extrema alui pars est.

Sedigitū uocantur, quibus in manu sunt di-

## S E

giti seni. Sic C, Horatij ex patricia gente filiae uocantur Sedigitæ.  
Sedimentum, urinæ ipsa residentia, & fæx, quam hypostasim græce uocant.  
Sedum. Democritus semina omnia seri iubet, medicata succo herbæ que appellatur a Græcis aizoum, id est, semperiuua. Alij Buphthalmon uocant, quasi oculum bovis. Alij Zoophthalmon. Sunt qui Ambrosiam, Latini Sedum appellant, aut oculum, aut digitellum. Nascitur in tegulis, seritur que in uasculis fictilibus. Columella libro secundo, capite nono.  
Sedum, herba quam Anagorā alias uocat. Sedum maius, Aizoum, apud Dioscoridem libro quarto, capite. 91.

## S E L

Selache, piscis nomen Plinio.

*σελάχια* Græce, uocantur apud Galenum quædam genera piscium, quæ nostri cartilaginata interpretantur. Omnia autē hæc sunt carnosiora & cum cæteri pisces sint ouipari, id est, oua pariant, hoc genus uiuiparum, hoc est, animal parit, excepta easci licet quam ranam appellant. Primus Aristoteles hoc nomen huiusmodi piscibus tribuit. Sic autem dicit, quasi *σελᾶς ἔχουσι*, id est, splendorem noctu habcant. Video qui *λεπίδασι*, id est, squamas non habentes, interpretentur, idq; ex Suida grammatico qui sic inquit, *σελάχιον ὅιτα λεπίδα ὄντες ἔχει οἷον σκύρεαινα τοῦτο νάγκοι τρούγαμος ὅστε ὀποκεῖ*,  
*σελάχιον ἰχθύδιον, οὐ μόνον ρωτοκεῖ περιτόρη ὀποκεῖσσον ἐμὸντα πλὴν βατράχοις.* *σελᾶς πῦρ*, unde *σελάχια*, apud Suidam. Sella, pro excrementis hominis. Plinius libro. 24, cap. 19, priuatam quidem latrinam Columella, nisi fallor, Cæsale appellat, & *πότε τὰ καὶ σαὶ*, quod est egerere, siue a secesu. Verba eius secundo libro hæc sunt. Vbi greges inquit, quadrupedum uersantur, quædam quotidie, ut culmina & cæsalæ; quædam plurijs diebus, ut bouilia & ouilia debent emundari: etiamsi nō culmina, sed culina fere scriptum.

Selapyros, Plantaginis nomen.

Selenogonon, Pæonia, apud Dioscoridem libro tertio, capite. 158.

Selerniacon, cyphi confectio altera, æque præstans ut prior.

Seleucides aues, quarum aduentum ab Ioue

## S E

precibus impetrant Casij montis incolæ, fruges eorum locustis uastatibus: nec unde ueniant, aut quo abeant compertū est. Plinius libro decimo, cap. 27.

Selibra, libra semis. Vide, Scrupulus.

Selinus in terra, uide quid sit apud Dioscoridem libro quinto, cap. 166.

Selenites lapis, quem aliqui Aphroselinon appellant, quoniam noctu plenus crescente luna reperitur. Dioscor, lib. 5, cap. 150,

## S E M

Semen, est quod humorem, caloremq; in se habet insitum: qui cum desinit, semen infecundum, sicut urinum outum redditur. Semen quid sit, lege, Sperma.

Semen excernitur a cerebro & spina dorsi, ut aiunt Plato, et Diocles. Praxagoras autem, Democritus, atq; Hippocrates etiā ex toto corpore. Democritus quidē aiebat. Homines cuncti unus erit, atq; iterū unus homo unus. Hippocrates autem. Voluntas in re Venerea ab omni parte corporis prodit: salubribus quidē & sanis salubris & sana, ab insalubribus uero insalubris & ægra. Secundū autem Stoicos, Semen est quod constituit & confirmat animal: humidum quidem spiritu & aere uolunt, ex partibus duabus præcipue. Secundū autē Asclepiadē, est idem quod in coitu excernitur prolificum. Quæsitum autem, an semen emittat mulier quemadmodum masculus: quum eundem habeat coeundi appetitum, eiusq; ægritudinis particeps est: & in dissectione membrorum, quam Anatomicen uocant, seminarios meatus habere aperte demonstratur. Quod autem semen non emittat, maximo argumēto sunt liberi haud quaq; matribus similes. Idem hoc contingere, testatur Hippocrates in libro De natura foetus, inquiens. Si semen manserit ab ambobus in uulva mulieris, atq; tum miscetur, simul etiā muliere non quiescente, coaceruatur, & conquiescit: calefactum postea spiritum continet, Galenus de Definitionibus.

Semen differt a Genitura: quoniam semen in meatibus est & uasis spermaticis. Multi autem hæc speciebus diuiserunt, ut Asclepiades dixit: quod semen est etiam in his, qui non possunt generare. Nos aliter definiuimus, dicentes aliud esse genitaram, & aliud semen. Galenus de definit.

## S E

Semen Leoninum, Leontopetalon, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 109.

Semen Pelecinum, Hedyosarum, apud Aecium serm. 12. cap. 44.

Semen, praeter alia priuatim etiam ad Speltam refertur a Medicis, quorum praeter grecanicum nomen etiam Semen vocant.

Semen Indiciū. Sic Hippo. Piper appellat.

Semen Mercurij, Anethum, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 65.

Sementinae feriae, a semente: quod sationis causa suscepit esse, sic dictae.

$\sigma\mu\delta\alpha\lambda\mu\sigma$ , id est, Simila, vel Similago.

Semidalitis, ex similagine panis.

Semidodrans, & Semidodantrale, quod est quatuor digitorum magnitudine: græce  $\tau\tau\gamma\alpha\delta\alpha\kappa\tau\gamma\lambda\alpha\iota\mu$ .

Semiformati, nondum perfecti, neque toti partibus suis consummati, Columella libro. 8. capite quinto.

Seminalis, Polygonon, apud Dioscoridem libro. 4. capite. 5.

Seminarium, in agricolatione est quædam quasi nutrix nouellarum plantarum. Significat enim locum in quo plantaria adolescunt: ut mox illinc translata migrant in suam sedem. Natura enim arborum sicut hominum auida est nouitatis, & peregrinationis. Et cum nutrix saepe indulgentior sit quam mater, melius plantæ in seminario proueniunt: quod succosum, elapidatumque esse debet, minimeque rimosum. Hinc Colum. docet, quale sit eligendum, parandumque uitibus seminarium, quod a Plinio quoque ceterisque prescribitur. Colum. lib. de Arbor. cap. 1.

Seminaria uasa, sunt uenæ que a caua uena in testes, quibus etiam alimentum præstant, sinuosa reflexione seruitur, græca, τὰ σπερματικὰ κύγεια. Vide, διδυμός.

Seminio, pro semine.

Semitani sulci, Decumani nuncupantur. Plinius hoc idem scribens, dixit: Oportere uineas quintannis semitari, hoc est, ut in quinto quoque palo singulæ iugo paginae includantur. Decumarius uero limes uocatur, qui secat agrum, currens a septentrione ad occasum: sicut Cardo appellatur limes per agrum currens a septentrione ad meridiem. Oportet, ut Plinius uerbis utar, uineas limitari decumano. Col. lib. 3. cap. 20.

Semitertia febris uocatur, quæ ex mixtura & tempore quotidiana & tertia-

## S E

næ febris consistit. Galen. libro de Tempore morborum.

$\sigma\epsilon\mu\nu\Theta$ , id est, uenerādus Vītex, vel Agnus castus: fortasse quia castitatem dicitur conservare.

Semperuīua, idem quod Semperuīum.

Semperuīum marinum, id est, Aloe: ab eo sic dicta, quia semper uiret. Autor Barbarus in Corollario.

Semperuīum, Aizoum, apud Dioscoridē lib. 4. cap. 91.

Sempiternæ uenæ, uenæ pariter & arterię quæ circa os sacrum in formam litere λ, bifurcantur in duas partes: ab epate descendentes; de quib. uide Carpum Anatomicum in cap. de Aorta, & magna uena Chyli.

## S E N

Senchatum, nostre orbis nomine tantum cognitum, sed cum Cinnamomo, Cassiaque nascitur. Plin. lib. 12. cap. 21.

Senectus, est ætas, in qua conficitur & deseritur animal ipsum pauciore & diminuto calore; atque cum iam siccitas & frigiditas in eo pariter dominatur.

Senectus item nihil aliud est, quam siccum & frigidum temperamentum, annorum multitudinis ratione proueniens. Galenus libro. 5. de sanitate tuenda.

Senectus, senium serpentis exuuum, teste Plinio. Leberida Græci, Callimachus in Hercule etiam Syphar appellat.

Senipes, uermiculi qui uites arrodunt.

Sensibile, est omne id, quod sensu percipitur: ut uisu, auditu, gustu, tactu et odoratu.

Sensibilia, ut lapis, canis, paries, & quecumque sub sensum cadunt.

Sensible, est quod sensu obnoxium est.

Sensituum autem Theoni & Dioni, quæcumque sensu prædicta animalia.

Sensorium, ut oculi, nares, lingua, quæ instrumenta sensoria appellantur.

Sensorium, rerum creditarum sensum reddens instrumentum.

Sensorium, Sensus, idem.

Sensus, est affectus animæ, que res corporeas denunciat. Est enim sensus facultas quedam, & actoria uis.

Sentes, Rubus, apud Diosc. lib. 4. cap. 40.

Senum natura qualis. Lege, Aetates, &c.

Sensus sunt quinque: Vetus, Auditus, Gustus, Odoratus, & Tactus: qui omnes familiantur & inseruiunt animæ: quæadmodum

## S E

Bitinus Asclepiades ait, quinque sensuum operationem esse ipsam animam. Visus fit per oculos, qui videlicet illis insertus est spiritus tenuis, maxime ad pupillae angulos peruidet, qua parte visoriæ apprehensiones sunt. Auditus a spiritu fit auribus infuso, siccior quidem & tenuiore. Olfactus a spiritu qui in nares descendit, perficitur. Gustus lingua. Tactus organo manuum & pedum.

## S E P

*σηπεδονάθος*, id est, putredinosus, & ad humorū intēperantia pelluis. Gal. s. Meth. *σηπεδόνες*, marcedines & putredines. *σηπία*, Sepia.

Sepias, Græci *σηπίας* uocant, et Lolligines Theutidas: de quib. Græcus Poeta cecinit, solos piscium agnoscere, quid album, quid uerum sit. Vide Diosc. lib. 2. Plin. lib. 9. ca. 29. & 51. Differunt autem Lolligines a Sepijs toto genere: quanque & amicicia & similitudine conueniant. Est & Teuthos magnitudine insignis, qua sola fere differt ab Teuthide: ut Teuthos Lolligo, Teuthis Lolliguncula dici iure possit. Atramentum Lolligini subpallidum, nigrum Sepiæ. Inuenimus & Libi genus Teuthida, hoc est, Lolligunculam ab Græcis uocatum. Est & apud Celsum atramenti Sepiæ mentio, de quo alias. Ossium eius usus est aurifabris, & argentarijs, ad fundendum metalla. De Sepia Plinius lib. 9. cap. 38.

Seps, colorem quem attigerit reddit, quatuor recurvis dentibus armatus, quem petit morsu, tibi exanimat. Aelianus.

Seps, generale uocabulum lacertæ & milipedæ: sed cum lacertam significare uolumus, Chalcidicæ nomenclaturā addimus. Sed an idem sit cum ea quam Aristoteles Chalcida, & Zygna nuncupat, & Theodorus more suo Dignydam conuertit, Lacertæ parvæ similem, estimabunt legentes. Certe Hermolao Barbaro non uidetur. Significat & tuber pestilenticum apud Hippocratē: haud dubie ab erodendo *σηπεψ*. *σηπται*, medicamenta que uī habent erodendi. Septem, numerus est superfluus, & nō coniunctus, sed indicatorius.

Septi transuersi, diuersas acceptiones, uide apud Galenū de locis affectis lib. 5. cap. 3. *σηπτικα*, exedentia medicamenta. Celsus libro quinto, capite decimonono.

## S E

Septica uis, & medicamenta quædam Septæ, ab erodendo, putrefaciendoq.

Septimuncialis satio, sic dicta est apud Colummellam, a sacrificio Septimunaliorū, quod fiebat in septem locis Romæ, nominatæ Septimontium, a septem montibus, in quibus sita urbs est.

Septineruia, Plantago.

## S E Q

Sequalis, id est, qualitatis expers: Græci *σηπιοψ* uocant.

## S E R

*σηραγγώθες*, testes dicuntur, hoc est, cavernosæ.

Serapias, testiculorum generis, uel satyricum, ut uocant, apud Diosc. lib. 3. cap. 143.

Serapion, primus omniū nihil rationalem Medicinam pertinere ad Medicinam professus, in usu, & experimentis eam posuit. Notat huc aliquoties Galen. lib. Therap. 2. Vixit, ut supputat Volateranus, circa annum Domini. 1070.

Q. Serenus Sammonicus, Gordiani iunioris paedagogus fuit. Cuius meminit Spartanus in Caracalla his uerbis. Occisi sunt et in balneis plures, et in coenis, inter quos Sammonicus Serenus: cuius libri plurimi ad salutem extant.

Serenitas nihil aliud est, q̄ aer nubibus, nebulæ uacuus. Arist. lib. de Cœlo & mū.

Serie, uasa sunt fictilia. Persius: Crepat argenti mihi seria dextro Hercule. Idem, Seriolæ ueteres, metuens deradere limū. Teren. Releui dolia omnia, serias omnes. Colum. lib. 10. cap. 18.

Seriphium, Absinthium marinū, apud Di scor. lib. 3. cap. 26.

Seriphium, aliud a Santonico, non solum uoluit Paulus, sed & Galenus lib. 6. Simp. Et Plinius libro. 27. Nec te mouere debet Dioscor. Absinthium marinum a non nullis Seriphium, ab alijs Santonicum uocari scribens: scis enim, quam inconstantes sint huiusmodi nomenclaturæ, & prolibito ab unoquoq; confictæ. Alioqui si hasce sequamur, Abrotoneū idem dicitur quod Absinthium ponticū: cum, eodem Dioscoride autore, Romanī sic Abrotонum uocent, atq; idem quoq; cum Santonico: quoniam, ut refert Galenus, Abrotонum a Romanis uocari Santonicum, scripsit Pamphilus. Vocet igitur unusquisq;

prout uult, ait Galenus, modo sciat res esse diuersas. Tuitius tamen est sequi antiquorum, præsertim Galeni, nomina, ne in reb. quoq; ipfis labi contingat. Verum & Di scorides ipse, si emaculatus sit codex, Santonicum rem diuersam a Seriphio facit libro. 3. in fine cap. 26. pro uerbo enim Sardonum, legendum Santonicon: & pro uerbo Sardonum, legendum Santonicū. Quod nedum ex Galeni, Plinij, Serapionisq; concordis sententia patere potest, sed quia nulla est in Gallia Sardonis regio, sed Santonis: estq; Sardonion, alia herba, de qua Dioscorides lib. 2. inter Batrachij species, & libro. 6. inter uenena mentionē facit, a qua Sardonius risus Gr̄corum prouerbium non bonae famæ in uita, sicut Di scorides, Paulusq; testantur: & libro. 4. Auicenna, sub nomine Seardi, licet ignorauerit de qua rescriberet, nec intelligi ualeat quid scripsit, nisi ab his, qui ea que ille scripsit, aliubi didicerint. Obscurius quoque idem Auicenna scripsit de Seriphio, & Santonico lib. 2. sub Scheæ nomine, in capitib; principio, adeo, ut ne diuinādo qui dem possis assequi quid uoluerit: & ne in nostra tantum æditione putes difficultatē, consule & Hebræam, & maiorem, nō modo æquam inuenies obscuritatem. Vide quod saxū uoluant iij Medici, qui Auicennam sibi in idolum erexere. Sed de his alias maiore ocio.

Seris. Lege, Condrylla.

Serpens portentosæ magnitudinis, mem ratur a Gellio lib. 6. cap. 4.

Serpens latet per brumam, uere procedit, senectam exuit: uisum quem longo situ amisit, foeniculo recuperat: eos abigit cornu cerui suffitum. Aelianus.

Serpentes non sunt in Sardinia. Solinus capite decimo.

Serpentes Marsos nō lədunt, & Amyclas fngauere ex Italia. Vide Solinum cap. 8.

Serpentum uaria genera, apud Plinium libro. 8. cap. 23.

Serpentes aliquot eximiæ atq; portentosæ magnitudinis fuisse, in historijs leguntur, scilicet, apud Liuum, Valeriu Maximū, & alios scriptores Romanos.

Serpentum nomina sunt, etiam si diuersarū specierum, Cerastes, Hydra, uel Hydros, Enydros, Natrix, Coluber, Draco, Aspis,

Dipsas, Paria, Amphisbena, Aconcia, Prester, Vipera, Aemorrhoidis, Sipedon, Sepis, Porphyros, Cantharus, Cecilia. Horum omnium nomina & species prosequitur Aelianus libro de uaria historia, & Ari stoteles libro de Animalibus.

Serpens Ceraastes in Aphrica reperitur, geminis in fronte corniculis, ut cochlea insignis. Aelianus.

Serpentaria, idem quod Dracunculus: ut autem multi Dracunculi, ita multæ quoq; Serpentariæ.

Serpillum, illi a serpendo nomen inditum: quoniam si quia eius particula terram attingat, inibi radices dimittit. Describitur ab Dioscoride libr. 3. cap. 44. Plinio libro. 19. cap. 8. Theophrast. lib. 6.

Serpillum, herba uulgaris, cuius & Vergilius meminit:

Allia, serpillū, herbasq; cōtundit olentes. Vocat etiam Sisymbrium Dioscorides lib. 2. Serpillum: nimirum propter figuram & speciem. Plinius ait Serpillum sylvestrem Sisymbrium dici.

Serraneæ, uiolæ purpureæ: unde Serratum ostrum.

Sertula campana, Melilotos, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 46. Plin. libro. 21. cap. 11. & 21. & cap. 9.

Seruilius Democrats inuentor & buccinator herbæ quam Hyperidam appellauit, qua cum omnes suos ægros curabat. Plin. libro. 25. cap. 8.

Serum lactis. Lege, ḡp̄p̄ G.

Serum, liquor lactis qui quasi colatorio eliquatur, defæcaturq; Verg. Pasce sero pinxi. Colum. lib. 7. cap. 8.

Sesamis, Sesamoides, apud Dioscoridem libro. 4. cap. 153.

Sesamites, Sesamoides. Ibidem.

Sesamoides maius, a similitudine nomē accepit: de qua Dioscor. lib. 4. cap. 153.

Sesamoides paruum, apud Dioscoridem libro. 4. cap. 154.

Sesamon, ontis, panis ex Sesamo.

Sesamon agrion, Heliotropium magnum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 203.

Sesamum sylvestre, id est, Sesamum paruum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 153.

Sesamum sylvestre, id est, Cici, apud Dioscor. libro. 4. capite. 167.

## S E

*σεσάμιον* ἔλαιον, oleum Sesaminū, quod fit ex Sesamo.

Sesamum, & Sesama, nam utrumque recte dicitur, caule serulaceo est, & flore foliaceo, ut Irion. Quadragesimo perficitur die. Genius ex eo candidum preferitur dulcedine, quod & in ceteris leguminibus contingit. Grana eius in siliquis distincta, ut lupini, sed peculiariter quodammodo septa: uiride nullum attingit animal. Nihil ita emacrat solum. Hodie peregrinum & Germaniae, & Italiae. Afferetur igitur ex alienis nationibus, maxime uero ex Aegypro. Cetera de Sesamis pete ex Plinio lib. 18. capite. 7. & Dioscor. lib. 2.

Sesrupulum. Vide, Scrupulum.

Seseli Aethiopicum, medicinis incognitum. Vide Dioscor. lib. 3. cap. 59.

Seseli Creticum, uel Cretense, quod in Ameno monte iuxta Ciliciam nascitur. De eo Dioscor. egit lib. 3. cap. 61.

Seseli Cyprium, Cici apud Dioscoridem libro. 4. cap. 167.

Seseli Massiliense; de eo Dioscorides libro 3. capite. 58.

Seseli Peloponese, folijs Cicute, de quo Di scorides lib. 3. cap. 60.

*σεσελιψη σεσελιτα*, uocant eam concham terrestrem, quae uepribus, frutetisque glutinata coheret.

Seselis, Aegyptiace Caucalis, uel, galli pes.

Seselis, est Platocyminum, uel Cyminum latum, teste Alexandro lib. 3. cap. 43.

Sesquicullearia dolia, quae continent culleum unum cum dimidio. Est autem Culleus

capax. 20. amphorarum, ut indicat Plin. 41. Et qd' Priscianus eidem ostendit his uers.

Est et his decies que cōficit amphora nostra Culleus, hac nulla maior mensura liquoris.

Alias Culleus dicitur supplicium parricidarum: de quo in secundo Commentario Suetonij copiosissime. Colum. lib. 12. ca. 18.

Sesquipes, pes unus cum dimidio alterius.

Colum. lib. 4. cap. 9.

Sesqui opera, significat integrum operam & dimidiā. Et hēc particula in omni ferme compositione habet talem intellectum, ut signet totum illud de quo agitur, eiusque dimidium: ut sesquidigitus, dicatur unus digitus & dimidiatus. Itē sesquihora, sesquipedalis, sesquicyathus, sesquimodius. M. Varro tradit annum diuidi in octo sesqui-

## S E

menses, ut singulis sesquimēsibus integer mensis & dimidiatus attribuatur libro non ussum. Columellæ dolia sesquicullearia nuncupantur, quae uidelicet unius Cullei cum dimidio sint capacia. Sesquiplagam dixit Tacitus: intelligi uolens non unam tantum plagam suffecisse ad hominem ob truncādum, sed opus quoque fuisse dimidio secundæ plagæ. Columella lib. 2. cap. 13. Sessiles uerrucæ, id est, Myrmeciae.

Sestertium, in mensuris accipe pro duobus pedibus & dimidio: sicut in nummis continet duas libras & selibram. Columella libro de Arborib. cap. 1. Alij sic,

Sestertium, siue quod idem est, Sestertius nummus, Plin. lib. 34. cap. 3. a semisse tertio uidetur appallatum: quia uidelicet non duos asses tantum, sed semissem quoque tertij continebat assis, autor quidē Vitruvius, Festus, & alij. Sed id a Græcis tractum unde, qui, ut ait Pollux, τρίτου καιτραχμόν id est, tertiam semidrachmā uocabant, pro duabus drachmis ac semisse: postea tamen sestertium quaternos asses ualuit. Semper tamen quarta pars erat denarij. Nam cum denarius per initia decussem ualebat, quarta pars fuit dupondius & semis. Cum uero sexdecim asses ualere cepit denarius, quarta pars erant quaterni asses. Ceterum Columella precium sestertiij minimum facit, quando singula iugera in culti soli uenire tradit milibus sestertijs. Apud Lampridū uero ita legitur, Heliogabalus, inquit, minus minus centū sestertijs coenauit, hoc est, libris. 30. Aliqñ autē trib. milibus sestertijs coenauit, omnibus supputatis que impenderet. Coenas Vitelliū & Apicij uicit. De Sestertijs Añot. Barb. Vide, Talentū.

## S E T

*στήθος*, superior thoracis pars ad iugulos usq.

## S E V

Seuaciones, græce σεατωματα: de quibus uide Paulum lib. 5. cap. 36.

Seuerus medicus, citatur subinde ab Aecio.

Seuum, Græci στέγη uocant.

## S E X

Sextans. Vide, Vncia.

Sextarius. Vide, Cotyledon.

Sextiæ aquæ, olim acris caloris, nunc euaporarunt. Solin. cap. 8.

Sextilis aspectus, quando Planetæ duo inter se signorum spacio duorum distant.

## S E

**Sextinus denarius** ideo uocatur, quia in sex uncias, hoc est, sex obolos, ut ait Celsus, dividitur drachma, quæ latine denarius uocatur.

**Sextula**, æris minima pars est. Ex eo dicta, quod sit sexta pars unciae. M. Tullius in oratione pro Cecinna, fecit heredem ex decuncia & semiuncia Cecinam: ex durabus sextulis, M. Fulcinum libertum superioris uiri, Erutio sextulam aspergit. Priscianus in opusculo metrico,  
Sextula quæ fertur, nā sex his uncia cōstat.  
*Colum.lib.5.cap.1.*

## S I A

**σιαγών**, Buccarum musculus.

## S I C

**Sicca membra**, pili, ossa, chartilagines, choreæ, ossium uincula, menæ, arteriæq; nerui qui uocales uocantur a Medicis.

**Siccanea** dicuntur, quæ gaudent siccitate; si cut ediuerso rigua quæ humore lœtantur. Pratorum duo sunt genera. Alterum siccaneum uocant, suapte natura fœnum pro gignit. Riguum uero irrigatione est reuendum.

**Siccum magnum Indum**, cuius usus quondam fuit ad Elephantiasim, & omnem cutis scabriem: ad articularem item morbum. De quo uide Aecium ser. 13, cap. 133; **Sicelioticon**, **Psyllium**, apud Dioscoridem lib. 4, cap. 73.

**Sicera**, uīnum forte. Hieronymus Theologus pro omni potu interpretatur, qui inebriare potest.

**Sicilare**, ut Plinius docet, est falcibus confari in pratis, quæ feeniseos preterierūt. Arbitratur M. Varro dictum uerbū esse a sectione. *Columella lib. 2, cap. 22.*

**Sicilicus**, semiuncia est, ut ait Columella. Vocatus ita, quod unciam fecet, autore Festo. Cuius dimidiū **Semicicilicus** Palladio, quamquam **Semiciculus** scriptum est. Scendum uero, commodius & honestius genus esse loquendi produabus uncis, cum siclico sextantem siclicum dicere, quam sextantem & siclicum. Plinius, 8. Volat. Vno, inquit sextante siclico.

**σίκυνα**, Cucurbitula latine.

**Sicya picra**, **Colocynthis**, sylvestris cucurbita, apud Dioscor. lib. 4, cap. 188.

**Sicyonium oleum** quomodo sit, uide Dioscoridem lib. 1. **Oleum Sicyonium**, a Sicy-

## S E

one antiquissima Peloponensi urbe. Vide in Annotationib. **Dioscor.** plura.

## S I D

**Sida**, **Lege**, **Malicorium**.

Siderationem Plinius, & post eum plures alij, translato a Græcis nomine, in plantarum uitio, & in hominis malo dixerunt, cū in uiuente adhuc homine, uita caret aliqua eius pars: quemadmodum per æstatem, & ardentissimo Canis estu in arborib. fit, quæ arescente ui scilicet altius terra, ideoq; deficiente humore, quo nutriuntur, languent, foliaq; & summos coliculos amittunt. Eoq; malo affectas arbores, Græci ἀσροβολάτες, id est, siderare percussas uocat. Idem quoq; malum uocant ἀσροβολισμόν ἐν σφακελισμῷ. Præsiderare autem aliud est: ut cum maturior tempestas hyberna, præpropero rigore improuisos opprimit, quod Græci προχέμασιν uocant.

**Sideritis Achilleos**, **Achillea ipsa**, apud **Dioscoridem lib. 4, cap. 39.**

**Sideritis Aiuga**, apud **Dioscoridem libro tertio, capite. 176.**

**Sideritis Helxine**, apud **Dioscoridem lib. 4, capite. 42.**

**Sideritis**, apud **Dioscor. lib. 4, cap. 36.**

**Sideritis**, præter herbam eius nominis, etiā Magnetem significat: non alio sane etymo, quam quia ferrum ad se attrahit, quod Græci σιδηρόν uocant. **Lege**, ἔρεικα. **σιδηρόν**. **Lege**, **Malicorium**.

**σιδήρος καύσις**, cum ferro adustio: nos cauterium uocamus. Eius uarias adhibitiones nemo rectius tractauit. **Albucas** lib. 1.

## S I E

**Sief**, medicamentum solidum ad oculos clarificandos; formatur ad modum parui superpositorij, quod distemperatur, & liquefit, & tum demum oculis imponitur. Aliquando confricatur super lapide, & cū aqua fœniculi, uel alia oculis illinitur.

## S I G

**Sigillum Salomonis** quid sit, lege Barbari Corol. lib. 4.

**Significatio**, est per signum, signae deprehensio. Item,

**Significatio signum** est alicuius rei ignotæ demonstratiuum. Prognosticum, signum est, ex quo aliquid futurum cognoscitur. Indicatiuum signum est, quod plurimum potest in deprehensione alicuius ignoti con-

## S I

sequentis ipsum bonum. Commemoratum signum est (ut Empirici aiunt) res apparent, & cognita ex obseruatione conduce ad recordationem notæ rei. Præsentia signa sunt, omnia Pathognomica. Hæc enim cum adsunt, adsunt quoq; ipse passiones: his uero cessantib. desinunt etiā passiones. Præsentia præcedentium signa, ut prius facti ulceris cicatrix. Præsentia futurorum, ut mortificata facies morituri. Præsentia signa prius factorum, ut post accessionem egritudinis remissio. Præterita præsentium, ut esse morsum ab aspide. Aut sic. Præcedentia signa præsentium, ut esse uulneratum in tenui intestino, hoc enim perniciosum est. Præcedentium futura, ut cōfracti, cōtritiq; ossis callum recipientis, calium obducere oportet per restitutionem. Præterita futurorum, ut exempto e capite osse, cicatricem futuram. Succendentia præsentium, ut periclitari uulnerata in senib. Præcedentia signa subsequentiū, ut in uulnere conuulsio: quippe conuulsus non amplius uiuit. Galen. de Definit.

Signa Crisima, id est, iudicatoria.

Signinum opus uocant, ut docet Plinius, quod fit fractis testis, tuisq; ut firmius duret: quo genere etiam pauimenta sunt excoxitata. Colum. lib. s. cap. 15.

## S I L

Silaceus color. Lege, Celor uarius.

Silago, Coronopus, ut placet Barbaro.

Silanus quid apud Celsum significet libro 13. capite. 18. dubitari merito potest. Cesarius interpretatur eo loci riuum: atq; sane placet commentū. Meminit & Pompeius grammaticus lib. 18.

Silaus. Lege, Sium.

Silbacium, Psyllium herba, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 73.

Sylene, Cyclaminos.

Silentiluna, id est, in coitu lunæ cum sole, quem diem aliij Interlunium, aliij silentis lunæ appellant. Varro Intermenstruum: Firmicus Synodicam frequenter. Columella libro. 2. capite. 10. Sic silentis spiritus diem apud eundem lib. 3. capite. 19. id est, dum cœlum silet, cum serenum est, & tranquillum. Silent quoq; herbe, & uirge cum non germinant. Silent uineæ, quando nō progemmant, hoc est, gemmas, oculosq; non parturiunt, sed quasi silentes quiescunt,

## S I

manentq; immobiles, sic diem, cœlum, sunculū quoq; silentia apud eundē inuenies. Siler, silescit cœlum, luna, herba. Cœlum, quod serenū est: Luna, dum coit; Herba, quæ nondum germinat. Priora duo Plinius, ultimum Columella. Silent & a uento loca Plinio, Catulloq;

Silicia, & Silicula, olim Fœnugræce nativæ nomenclatura Romanorum.

Silicula, id est, Fœnugræcum.

*σιλιγρίτις*, panis qui ex silagine cōficitur. Siligo, secūdē conditionis triticū est, si Columellæ credimus. Verba eius sunt. Tritici genera plurima cognouimus: uerum ex his maxime serendum est quod Robus dicitur: quoniam pondere & nitore præstat. Secunda conditio est habenda Siliginis: cuius species in pane præcipua ponde re defecit. Alij pro Glyra apud Dioscoridem interpretantur: suascq; ad id rationes quibus nitantur, habent.

Siliquam, arborem ficum Aegyptiam uocari, & in Ionia Ceroniam, Theophrastus autor est: quæ & κεράτια dicitur. Quanquam Galenus arborem Ceratoniam, fructum Crantia nominari scribit, a corniculi similitudine. L. Columella Siliquam græcā uocat: credo ut a Fœnugræco distingueret, quod absolute Siliquam rustici cognominant. Recentiores Græci χυλοκέρατα. Sed alia est fucus Aegyptia omnino, ut Plinius notauit. Quandoquidem in Aegypto nulla nascitur, sed in Syria, Ioniaq; & circa Gnidum atq; Rhodū, folijs semper comantibus, flore candido, cum uehemena tia odoris, pomo Siliquæ, & ob id nomen: radice sublimi, sed non multum plantigeræ in imis partibus, superficie flauescens, inarescensq; succum auferente sobole, pomo antecedentis anni detracto: & cætera, quæ pluribus in naturali sua Plinius lib. 15. cap. 29. & 28. lib. 17. cap. 8. libro. 23. cap. 8. & Herm. Barb. in Coroll. annotauit. Diosc. lib. 1. Est & & nomen herbæ Ceratia Plinio, uno folio, radice nodosa, et magna, cœliacis, & dysentericis in cibo danti. Idem autor coniungit huic Peraticam, septem et caules reddendo, qui uelut rosæ capita sustineant. Quanquam in quibusdam non Peratica, sed Statica scriptum legitur: fortasse quoniam aluum præcipue sistit, Siliqua græca. Lege, Siliqua.

Siliqua, a Columella Foenugræcum.

Siliqua Syriaca, γνάφαλις, iuxta Scribon.

Siliquam uocant, quæ fucus Aegyptias appellatas producit. Theophr. lib. 1. cap. 23.

Siliquæ, fabarum folliculi.

Siluarius. Lege, Silurus.

Silones, qui nasum sursum uersus repandit habent. Nonius Silones uocat, quorum supercilia promineant.

*σιλφὶ τὸν ἀετοκοπάσιν*, Blatta quæ est in pistrinis. Multa eius genera. Est enim quæ μυλαιόν dicitur, quæ circa molas ferre uersatur. Alterum genus odoris teterini. De Blattis plura Dioscor. libro secundo. Plin. lib. 29. cap. s.

*σιλφιού*, tremor balsami, apud Paulum lib. 3. cap. de Paresi.

Silphium, id est, Laserpitium. Vide Diosc. lib. 3. cap. 93. Lege, Laserpitium.

Siluestre folium. Lege, Malobathrum.

Silvestris Cupressus, i. Juniperus magna.

Silurus, ansit Sturio piscis marinus, uide cōtrouersiam Manardi libro. 9. epist. 3. & apud Paulum Iouium libello de Piscib. Romanis Plinius sic:

Silurus ipiscis est fluviatilis, qui & alibi quam in Nilo nascitur. Aecius Siluarion (ut putat Barbarus) uocauit; cuius felle suffusos oculos inungi, addito melle, præcepit bobus. Aristoteles uidetur Silurū intelligere. Theodor. eum Glannm piscem nominat. Plin. lib. 9. cap. 15. Dioscor. lib. 2.

Silybum, lata spina est, folia ferens Chamæleonis albi, apud Dioscor. lib. 4. ca. 161.

## S I M

Sima, hepatis pars, id est, gibbus; uel superficies conuexa hepatis.

Simia. Vide Plinium lib. 8. cap. 54.

Simiarum genera sunt, Cercopitheci, Cyanocephali, Cæpi, Sphinges, Callitriches, Satyri, Cynoprosopi, Manticoræ, Crocutæ: de quibus omnibus require Plinium, & Aelianum,

Similares partes hominis sunt, arteriae, uenæ, nerui, ossa, chartilagines, ligamenta, membranæ carnes. Instrumentales uero, cerebrum, cor pulmo, iecur, uenter, lien, oculus, ren.

Similares, & dissimilares partes sic cognoscuntur. Animalium enim partes aut compositæ sunt, quæ scilicet in similes sibi partes diuiduntur; aut incompositæ, quæ apte

secatae in partes dissimiles sunt, nō in similes. ut manus non in manus secatur, aut facies in facies. Quapropter eas dissimilares nominamus. Quo in genere partiū sunt, quæ non modo partes, uerum etiam membra sunt, uidelicet, quæ cum ipsa totius integritate describantur, habent intra se partes diuersas, suic generis aedificia. ut caput, ut pes, ut manus, totum brachium, & pectus. quippe & ipsæ partes sunt totæ, & ex partibus constant diuersis. Quæq; aut pars dissimilaris, ex similaribus constat, ut manus ex carne, ossibus, neruis. Aristot. de Anim. lib. 1. cap. 1.

Simila, & Similago, ex quibus Similaceus, & Similagineus panis, præ cæteris omnibus delicior: de quo sic Martialis in Xenijs. Nec dotes poteris similē numerare, nec usus Pistori toties cū sit et aqua coquo: Simpeax, lingua Dacorum, Plantago.

Simplex, omni cōposito prius est apud Galenum. 4. de ualet, tuen.

Simplicia & prima corpora, uocantur ipsa elementa.

Simus, ut docet Suidas, opponitur χυπῶς, id est, aduncus. Sicut ergo χυπός Græci uocant habentem aduncū nasum, ita econtrario σιμιός dicitur, cuius nasus est depresso. Simas Capellas dixit Poeta. A simo rostro delphines simones appellantur. A simo, resimū, et subsimū traxere nuncupationem. Sunt autē nares resimæ, reduncæ, depressoq; quales in pacandis bobus maxime spectantur. M. Varro scribēs de Canibus, inquit. Esse debent labris subnigris, aut rubicundis; neq; resimis superioribus, neq; pendulis, subtus mento suppresso. Idē boues probat, qui sunt subsimi, hoc est, ut ego interpretor, dorso depresso, & subsidente. Col. lib. 6. cap. 1.

## S I N

*σιναίωρούμενη* dicitur, quæ cum uiro congrederit.

Sinapis, & Sinapi, & Sinape, media produccta legendum. Græcia, & Dioscor. etiam Napus uocat lib. 2. quasi Naphus, ut Athenæus interpretatur: quoniam acri, & proinde incommoda natura esse uideatur, addit & pusillo corpore. Sinapi uero dici putat, quia olfactu luminib. officiat & Alliū. Lege Plinium libro. 19. capite. 7. Dioscoridem lib. 5. cap. 102.

## S I

**Sinapisyluestre.** Lege, Thlaspi.

**Sinapi Persicum.** Thlaspi. Ibidem.

**Sinapi.** Pythagoras principatū dedit inter ea, quorum uis in sublime fertur; quia non aliud magis in nares & cerebrū penetret.

**Sinapi Persicum.** Capparis. sicut uocata a Romanis, ut inquit Paulus lib. i. cap. 22.

*σινάπινον ἔλαιον*, Sínapínū oleum.

**Sinapismus.** exulceratio, i posito aliqua parte corporis sinapi facta: multoq; uehementior est dropace. Propterea sinapismū dropax uel præcedit, ut præparet; uel consequitur, ut reliquias absoluat. Maxime laudatur Dropax, Gallus cognomine. Dropax porro quid reuera sit, lege, Dropax.

**Singentiana.** Acoron, secundū Apuleium. Sinon, et Senon, idem quod Síson, apud Di scoridem lib. 3. cap. 62.

**Sintempsum.** Lege, Thlaspi.

*σινεσία*, concubitus.

**Sinos.** mentula.

**Sinum lactis.** uasis nōmē est: de quo Poeta, Sinum lactis, & hēc tibi liba Priape quotannis. Plautus in Gurgilio. Cede per pī er sinum. Tradit M. Varro, Sinum dici asinū: q; cauum sit poculum. Columella libro secundo, cap. 8.

## S I O

**σίον,** Lege, Sium.

## S I P

**Sipedon,** reptile uenenatum, hæmorrhoidis soror, coloris similitudine. Aelianus.

**Siphon,** diabetes, ab instrumēti fusorij similitudine. Aeciū lib. ii. cap. 1.

**Siphones,** & per dīminutiuum Siphunculi dicuntur fistulæ quib; liquor inclusus emicat, exilitq; in sublime. Plinius tradit, aquā meantem per uenas terræ, pōdere expref sam, siphonum modo emicare. Corn. Celsus præcipit stomacho laboratibus, bibere per siphonem, hoc est, fistulam tenuem du os, ternosue cyathos. Satyrophorus per translationem quoq; decenter & mordaciter dixit, Effigieq; deæ longis siphonibus implet. Verbum est græcum *σιφωνίς ζειψ*, quod est euellere, educereq; liquorē. Aristophanes abusiue dixit, *σιφωνίζουε τὸν σίτον*. Columella lib. 3. cap. 10.

**Siphones** etiam fistulæ sunt, per quas in ulcera inmittuntur medicamenta, ueluti de ozena per siphones curam præcipit Gal.

**Siphonion,** Bromos. Dioscor. lib. 4. ca. 141.

## S I

### S I R

Sirēum, decoctum quidam appellauere, ut inquit Paulus, fīcorum.

### S I S

**Sisara.** Lege, *ἴρεινα*.

**Sisarum.** Ibidem.

**Sisere,** siue Sisarum in Italia nō uidī; in Pan nonia uidisse me puto, & in Germania radicem eius, Napi figura & magnitudine, luteo colore: iucundo satī odore, & sapore adeo grato, ut ad nobilium quoq; mensas ueniat, cum bubalis carnibus elixa: ut minus mirandum sit, eam Tiberium e Germania flagitasse, quemadmodū scribūt Plinius, & Manardus lib. Epist. 9. epist. 3.

**Siser,** & Sisarū, radix quædam esui apta, ex Germania præcipue laudata. Vide Di scoridem libro secundo, Plinium libro no no, Columellam lib. 12.

*σιστοπηγίς*, Cinclus auis. Suidas.

**Síson,** exiguum semen, quod in Syria nascitur. Dioscorides lib. 3. cap. 62.

**Sísymbrium sylvestre,** Thymbrēum appellatum quondam, pedali, non amplius magnitudine.

**Sísymbrium,** in solo inculto nascitur, Men thæ hortensi similitudine, odoratius, latiore folio: inseritur coronis. Lētiissimū nascitur circa piscinas, in puteorum parietib;. Folium in sicco nascenti angustius q; quod in riguis prouenit. Sísymbrío montes quidam scatent, sicut Thracia: ubi & serpillū. Aut aquæ deferunt ex his aurulos ramos, seruntq;. Si non rite colitur, degenerat in Nepetam, & in uarias alias plantas. De Sí symbrío uide Di scoridem libro, 2. Theophrastum lib. 6. cap. 7.

*σισύμβριον*, Lege, Sísymbrium,

### S I T

**Sítanium,** ut inquit Galenus, est triticum instantis anni. Di scoridem trimestre appellat libro secundo, cap. 95. Vitiōse igitur legitur in Plauti Truculento, Etanium, pro Sítanium.

**Sítospelos,** Auena, uel Aegylops, apud Di scoridem lib. quarto, cap. 140.

### S I V

**Sium latius** Apio est, nigrius, pinguius, copiosum semine: græce *σίον τὸ έν υδασιψ*, id est, Sion in aquis, siue aquaticum.

*Λεπίσματα* Smaragdinū emplastrū. Cels. lib. 5. cap. 19.

dd

## S M

**Smaragdus**, pretiosus lapis, qui uirorē pūzī maris imitatur. Nam is solus probatur, ut inquit Plinius. Illius preconia, simulatque miracula, lege apud Plinium libr. 37. cap. 5. Solinum cap. 25.

**Smarides**, maritimi pisces, Mænis adeo similes, ut ab eodem nomine utraq; Meniū le nunc vulgo dicantur. Plebei certe & uiiles adeo pīsciculi, ut non numero, aut pondere, ut fere reliqui, sed aceruatim, inuitato etiā emptore Venetijs uendantur. Mānardus libro. 9. Epistolarum, epistola. 3. σμαριδες. Lege, Mēnas.  
σμαριδης, Cerrus pīscis.

## S M E

**σμικτική**, facultas deteratoria: inde σμηγμα τῶσις, quomodo aquam multam uocat Hippocrates.

**Smectica** uis, & smegma, ab abstergendo, ἀπὸ τῆς σμήκτης.

**σμήχα**, abstersiva.

**Smegmata**, repurgatoria medicamenta.

**σμηγματα** ὁδόντων, dentifricia.

## S M I

**Smigma**, unguen est, quo nostrates mulierculæ pannos abluunt: abstergit enim uehementer. Sic dictū, ἀπὸ τῆς σμήχω, quod est, abstergo.

**Smilax**, hortensis frutex, cuius semen a non nullis Lobia uocatur, folia habet hederæ, molliora tamen, tenues caules, & capriolos, uicinis fruticibus circumvolutos, qui tantum adolescunt, ut topiarum quoddam tabernaculum effingere uideantur; fructū Fœnugræci fert longiorem, & corpulentū, in quo semina renū similia, sed inæquali colore recluduntur, quæ quadam ex parte fulvescunt. Breuiter, Phasioli genus est, secundum Hermolaum Barbarum, reclamante tamen M. Vergilio.

**Smilax aspera**, Hederæ genus, de qua apud Dioscor. lib. 4. cap. 145.

**Smilax lenis**, diuersa ab Smilace aspera, de qua apud Dioscor. lib. 4. cap. 146.

**Smilax Cepea**, id est, hortensis, de qua Plinius lib. 4. cap. 145, 146.

**Smilax**, Taxus, apud Diosc. lib. 4. cap. 83. σμιλιον, uulsella, Chirurgicum instrumentum ocularium.

## S M Y

σμύρνα δάκρυον est δένδρου γενωμένον, εὐ αραβία, id est, Myrrha est lachryma ar-

## S M

boris quæ in Arabia gignitur, Aegyptiæ spinæ non dissimilis, e cuius uulnere deflit lachryma, in subiectas tegulas: alia circa caudicem concrescit. Plin. libro. 12. cap. 15. Dicitur ex ijs aliqua πεδιάσιμος prepinguis, quia expressa Stacte emittit. Alia γαλαξία pinguisima, lato & pingui solo naescens ea copiosam sudat Stacten. Omnim prīma quæ Troglodytica appellatur. Alia Caucalis cognominata, scabra preter modum, nigra & retorrida. Omnim de terrima quæ ἐγασία dicitur, pingui carrens, cano situ obducta, acris, ad gūni imarginem uergens, & uiribus eius proxima. Improbatur Aminæa cognominata.

**Smyrnion**, a quibusdam appellatur Hippofelinton, autor Dioscor. lib. 3. cap. 75. Est et aliud Smyrnion, de quo proprio capite agit Dioscor. quod in Cilicia Petroselinon uocant, & quod passim in Amano monte gignitur. Galenus Petroselinon sylvestre uocauit. Vide Dioscoridem libro tertio, capite. 77.

**Smyrnoides**, Clematis, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 8.

**Smyris**, Myrrhis, uel Chærephyllon, apud Dioscor. lib. 4. cap. 117.

**Smyris**, lapis est, quo annularijs scalptores lapides expurgant, ad erodendū & urendū utilis. Dioscor. lib. 5. cap. 157.

**Smyrium**, idem quod Smyris. Ibidem.

## S O C

Socrates Chirurgus, apud Aurelianum libro. 5. cap. 1. non ille moralis Philosophæ sectator & princeps.

## S O D

**Soda**, dolor capitis, communī nomine ab Auicenna uocatur, Arabico nimicum uocabulo.

## S O L

**Sol**, id est, aurum Achymistis.

**Sol laminatus**, geschlagen Gold.

**Solanum manicon**, id est, Solanum somniferum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 76.

**Solanum**, Strychnon, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 74.

**Solanus hortensis**, apud Dioscoridem lib. 4. capite. 74.

**Solaris herba**, Heliotropium, apud Diosc. lib. 4. cap. 203.

**Solastrum**, Anthyllis, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 154.

## S O

Solea, quæ solo pedis subiicitur.  
Solea, Rhombus, & Passer piscis Plinio, lego, Piscium fere.  
Solea spartea, calciamentum iuncteū & mole: a Sparto, quæ Iberica herba est. Apuleius helcij spartei meminit. Colu. li. 6. ca. 10.  
Soleastrum, Sideritis, apud Dioscoridem libro quarto, capite. 36.  
Solia balnearum. Plinius lib. s. cap. 10. Nam Oceanus solium quidem non uidetur omnne, sed uastum in balneis, & omnino lacus alueusq; maior. Vel ab eo numine, uel ab amplitudine uocatus, & ab lauantiu quoque strepitu, & marino quasi estu. Lampridius, Oceani inquit, Solium primus inter principes Alexander appellauit: cū Traianus id non fecisset, sed diebus solia depasset. Nam thermarū magnitudo Romæ quanta fuerit, Ammonius docet lib. 16. cū ait. Lauacra in urbe in modum prouinciarum extorta.  
Solida in corpore, sunt ossa, nerui, musculi, uenæ, arteriæ, & quæ nec apparent.  
Soldago, Symphyton alterum, apud Dioscoridem lib. quarto, cap. 12.  
Solinorion, Rubus apud Dioscoridem libro quarto, cap. 40.  
Soloiæ. Lege, Vnguis, & Onyx.  
Solinistæ, Ibidem.  
Solis seculum, Parthenium, apud Dioscoridem libro tertio, cap. 156.  
Soliuagi, animalia Sardiniae exigua, similia araneis, sed uenenosa ualde: quorum tam en uenenū fontibus inibi calidis curatur. De quibus lege Solinum cap. 10.  
Solsticiale herbam, cur Plinius sic uocet, lib. 26. nisi uel a tempore, ut brumalis herba Pulegium, uel a uitæ breuitate, nondū satis liquet. Nam & lib. 14. Acinorum inquit Labrusq; pars estu moritur: quum reliqui qui solsticiales uocatur, uniuersi nunquam maturescunt. Plautus in Pseud. Quasi solsticialis herba paulisper fui: repente ex ortus sum, repente decidi. Plinius tamen significare uidetur, solsticiale herbam dici, solsticio uel prouenientem, uel florentem: ut sit nomen non unius tñ herbæ proprium, sed cuilibet herbæ accommodatum nascenti per solsticium. Sic em̄ scribit libr. 26.  
Codurdon herba solsticialis, flore rubeo, suspensa in collo, comprimere dicitur strumas. Consimiliter spinas solsticiales expo-

## S O

nere poteris, solsticio progenitas ac uigentes. Corn. Celsus herbā solarem uocat Heilotropion, quia circumagatur cum sole. Soluere uentrem. Vide, λύτη.

Solstinium, tripudiū semper felix: q̄rando uidelicet e carua pultem ita pascunt aues, ut ex ore pars cadens in terram, pauiat, id est feriat: quasi terræ pauium.

## S O M

Somnispicia, nocturne uisiones.  
Somnus, est animalium facultatū tranquillitas, bone frugis humore cerebrum irrigante proficisciens. Paul. lib. 1. cap. 97.  
Somphena, Lege, Symphoniaca.  
Somphos, tertium genus cucurbite, inane, digitali crassitudine, non nisi in saxosis nascentes. Quidam pro marina Cucurbita interpretantur.

## S O N

Sonchites, Cheracia, herba accipitrū, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 70.  
Sonticus morbus, id est, epilepticus, uel convivialis morbus.

## S O PH

σιφεωνιστῆρες (sic enim Cleanthes uocabat) dentium postremi. Auicenna dentes sensus, uel intellectus nominat: quos adnasci arbitrantur, post genituræ profusionem, ante consistentiam, quæ anno contingit tricesimo. Hos alij κεατηγας etiam uocant. ut Aristoteles.

## S O R

Sorbus, nota arbor quotidiano satis spectaculo. Pingitur ab Theophrasto lib. 3. cap. 12. ab Plinio lib. 15. cap. 21. & a Diosc. lib. 1.  
Soranthis, Anthyllis, apud Dioscoridem libro tertio, cap. 154.

Soranus, natione Ephesius, Traiani & Herodiani, Galeni item temporibus adhuc uixit: ut ipse testatur in Methodo sua, & in Memiri, & libro Sectarum. Item Suidas. Scripsit Monobiblon, et libr. aliquot Pharmacorum, atq; speciale corpus scripturæ formauit, ut inquit Cælius Aurelianus, de passione capitî initia sumens.

Sordidus color. Legc, Color uarius.

Sorex, muris genus.

Sorbilia oua, id est, φόρπτα.

Sorda, pregnans uaccia.

Sorica, cloaca publica.

Sory quid reuera sit, uide apud Dioscoridē libro quinto, cap. 110.

## S O

Sorioli uocantur, quibus solutiuscula est aliua; aforia.

## S O S

Sosagoras, medicus.

Sosandros, Delphinium, uel Sena herba, apud Dioscoridem lib. 3, cap. 92.

## S O T

Sotacus, e uetustissimis, ut inquit Plinius libro. 36, capite. 20.

Sotera, Saluatrix, Nicolai compositio in Antidotario, σωτήριον φάρμακον, salubris medicina.

## S O Z

Sozusan, Artemisia, apud Dioscoridem libro tertio, cap. 125.

## S P A

Spadices equi, qui palmeo sunt colore.

Spadix, & Spadiceus color. Lege, Baia.

Spadonia, Lege, Laurus spadonia.

σπαδεῖον Græci uocant, quibus thorax est angustior. & tabulæ ritu compressior. Galenus. 3, de Temper.

Spargonion, folijs Gladiolæ, apud Dioscoridem libro quarto, cap. 24.

Sparte, uasa sunt iuncea; a Sparto dictæ, ex quo fiunt. Est autem Spartum genus iunci, siue' herbæ Ibericæ; de quo multa Plinius libro undevigesimo. Autumant grammatici, sportas item dici ab hoc sparto; quasi sparteas. Columella lib. 11, cap. 2.

Spartion, uel Spartum, nostri Genistam interpretantur. De ea uide Dioscoridem lib. quarto, capite. 160.

Spartum. Vide, Spartiae

Spartum, Genista, apud Dioscoridem libro quarto, capite. 150.

σπαργυράτες, māmē, ubera etiam que multo impetu lactis tument.

Spasma, solutio continuitatis in neruo. Eiusdem generis sunt & quæ Græci Apospasma, & Rhegma, & Thilasma dicunt; illud in ligamento, haec in ursis et musculis, que ex uiolento ictu, uel graui casu, uel alio quo piam uiolento motu excitata.

σπασματε, conuulsa.

Spasmus Cynicus, conuulso canina: quod malum nonnulli sunt qui torturam oris esse existimant.

σπασμός, in ursis et musculis affectio. Conuulso interpretatur latine. Stulti Medici nostræ ætatis, mirū est, q̄ non crepunt, dū audiunt pro spasmō, passim usurpari con-

## S P

uulsionem; quam dictionem adeo non possunt decoquere eorum quidam, ut mille malint σπασμόν, q̄ unam conuulsionē: tam indocti homines, ut nesciat se maxime latine audire, dum audiunt conuulsionē, ex ipsis autē ipsissimis latebris depromptū esse, quē illi tantum celebrant & ferunt σπασμόν, cum alioqui nihil habeant Græcalin-gua infestius.

Spissamentum uocatur, quod extremū superponitur, ne fluitet quod conditum est, sed conditare humor superueniat. Verbi cauſa. Cum consideris olus atrum, feruam, aliudue huiusmodi, ne innatent in humore que condita fuerunt, fœniculū ad ursis superponitur, tam diuq̄ deprimitur, ut fus eius usq; ad summum labrum perueniat. Non dissimili ratione & oliuæ quondam condiebātur: præcepitq; Colum. lib. 13, cap. 46, conditis iam oliuis, fœniculi ari di fasciculum in eas deprimēdum, ut ius superueniat. Et hoc antiquis in agris spissare fuit manifesta rei significatiōe & cauſa, ut angustiore spacio stipata, que condita fuissent bonitatē suā diutius seruarent. Græci euocant σύμματα, ἀπὸ τῶν σύφειψ. Item & Aedismata.

Spastici, qui aliquo genere spasmi periclitantur. Qui & Conuulsi.

Spatha, uel σπάθη, id ex quo palmulae pendunt, autor Pollux. Vocant et rudem, qua bullates in coquendo seruores despuman tur, & in homine latiores costas. Sic Columella lib. ult. cap. 23, ait. Deinde permiscebō spatha lignea. Notissimum in coquina instrumentum ca uoce significans, quo subiguntur & despuman tur ad ignem seruentes in fictilibus carnes. Et Iul. Pollux in secundo testatus est, costarum nostrarū ossa spathas dici. A quorum omnium similitudine, nouam Palmulae germinationē Græci Elaten, & Spathen uocauerunt. Qualis autem in Palmula haec Elate, uel Spatha sit, facile nouerunt qui in Aegypto & Syria rem contemplati aliquando sunt proprius, Lege, φοίνιξ.

Spatha unguentaria, dicta secundum Aecium sermone duodecimo, capite quadragesimoquarto, Palma Elate.

Spatha polypica, etiam si Paulus appellat πολυτικὴ σπάθη, chirurgicum instrumentum quo repurgantur auditorij mea-

## S P

**N**us, apud Paulum lib. 6. cap. 23. Ad myrtæ ei folij figuram facta erat: & existimò Polypicam uocari, quippe cuius usus præcipue sit in polypo apud eundem Paulum libro sexto, cap. 25.

Spathæ, costæ.

Spathiurus, serpens, in locis iuxta Chalcidæ magis inuenitur. Est autem animal ex crasso in caudam abiens tenuem, latu habens caput, ac mures comedens. De ueno, ac cura eius require Aeciū ser. 13. ca. 31. σπάθη, abietis lachryma.

σπατιλαι, hominis retrimenta,

## S P E

Specloma, turpis sonitus quem in concubitu edimus.

Specle, caro exos iuxta umbilicum suis, ut inquit Festus.

Specularis. Ut inquit Epigrāmatarius poeta, specularia puros admittunt soles, & sine fœce dies. Sunt autem lapides Speculares candidi, atq; translucentes, olim in Bononiensi agro effossi: ex quibus sunt munimenta quasi quedam fructuum preciosissimorum: ut inclusi specularibus, admittant solem, nec infestentur uento, uel hymbre. Tiberius Cæsar cum mira uoluptate cucumeres expeteret, commentus est, ut nullo non diesibi contingenter. Nam penates eorum hortos promouebant in solem rotis: rursusq; hybernis diebus intra specularium munimenta reuocabant. Columela libro undecimo, cap. 3.

Speculatio, Medicinæ summa pars.

Spegeton, Aizoum, apud Dioscoridem libro quarto, capite. 91.

Spelta, græce λεῖα.

Spergethos, Semperuiuum, apud Dioscoridem libro quarto, cap. 91.

Sperma, siue Semen, est seminaria uia quedam in humido consistens. Vel Semen est quedam materiæ & productricis rationis facultas, quæ ad hominis generatione expanditur, euacuaturq;. Aut sic, Semen est humidum in uasis seminaris contentum, quod ex calido spiritu hominem procreare potest. Vel, Semen est spiritus calidus, in humido cōsistens, ex quo exoriri & produci aliquid tale potest, quale est id a quo fuerat extractum. Criticus sic describit. Semen est quod hominē ex humido, animæ participem constituit, idq; abstractū quod

## S P

dam & cōmixtum ab utroq; parente. Galenus de Definitionib;.

Spermatica conceptacula quinq; sunt: & principem quidem locum habent uenæ, arteriæq; multifariam implicitæ, obuolutæque, ad testiculos tendentes: cx quo imaginæ quadam uarices uocantur. Postea habetur testes ipsi, quoa σφαγγώδεσ, hoc est, cauernosos nominat. Tertiū habet locum ξπιδιδυμον, incumbens testiculo sub uase quod seminarium dicit. Quartum obtinet sedem, quod in uiris capax est, oblongumq; ac uelut sinuosum, ubi mutone ad it, in imo tamen angustius, breuiusq;. Post remo est Parastraca, seminarium interiacens & urgam.

## S PH A

Sphacelare, ossa & cerebrum sphacelatum sèpius intelligit Hippocrates pro corrumpere. Et Sphacelus corruptio substantiæ uniuscuiusq; partis, quæ sphacelari dicitur. Talia quædam etiam carnosis partibus in cangrenis accidunt: passionis ob magnitudinem inflammatiæ insensibilitatē quandam atq; nigriciem, aut omnino morticium colorem afferentem. Hinc etiam græcam illam Sphacelum appellabant. Et fortasse uoluī Herodotus, cum dixit, coxam cambysis sphacelari. Galenus libro Aphorismorum septimo, aphor. 51. Item, Sphacelus, Quid hæc uox significet, inquit Galenus, haud quaq; inter omnes conuenit. Sunt enim qui dicunt ipsam uehem entem dolorem declarare. Alij tantu inflammationis excessum, ut partem ad corruptionis periculum inducat: quæ dispositio a nonnullis cangrena appellatur. Alij partis affectæ corruptionem ipsam sphacelon dici uolunt. Alij conuulsionem. Nonnulli non eam quæ fit conuulsionē, sed quæ per inflammationis magnitudinem expectantur. Alij etiam non simpliciter conuulsionem, sed eam quæ neruorum corporum inflammatiæ superuenit. Alij simpliciter fortem tensionem. Alij putredinem. Galenus lib. 2. de locis affectis, cap. 2.

σφαγνον, id est, Aspalathus. Cæterum sic dictus ἀπὸ τοῦ σφαγῆν, id est iugulando: fortasse quia aculeatus frutex, aculeis suis pungit & fauciāt. Sunt hoc nomine cani arborum uilli: quales in quercur maxime uidemus, sed odore prestates. Plin. li. 12. c. 23.

dd iiij

## S P

*σφάξ*, Ionice *σφάξ*, uespa. Theo. Idyll. 6.  
*σφάξ θούβων τεθηγόναντιον*.

*σφαγίς*, appellatur pastillus, quem Polybius confecit ad glutinandum uulnus. Celsus libro quinto.

*Sphage*, cauum id, quo disparantur iuguli: aquibusdam etiam Thymos.

*Sphagnon*, Seseli Massiliense, apud Diosc. lib. 3. cap. 58.

## S PH E

*Sphendone*, albicans totū in oculo, itemq; logas, atq; κυλώπιον.

*Spheristerium*, quale ueteribus balneum fuit, lege in dictione, Balneę.

*Spheritis*. Meminit eius Aecius. Hermol. Barbaro uidetur esse, quā hodie uocamus Cyclaminum.

## S PH I

*Sphinges*, uillosis comis, ut inquit Solinus, & mammis prominentibus bestiae sunt, docilesq; ad feritatis obliuionem.

*Sphinx*, fusco pilo animal. Plin. lib. 5. cap. 2. *Sphincter*, strictrior iterna ani pars, per quā egerimus: & id agere non ualentem, glandes in eam inserimur. Sic appellat Aecius lib. 9. cap. 28.

*σφιγκτής*. Vide, Porus.

## S PH O

*σφόδρον*, id est, uehemens. Exercitiū genus quod uehementer ualens, & cum celeritate fit.

*Sphondylion*, a quibusdam Arachne, Pha langium, & Asterion appellatur.

*Sphondylion*, Ferula est, differens a Panace folijs; quia sunt minora, & Platani diuisura. Dioscor. lib. 3. cap. 88.

*Sphondylis*, Sphondylion, apud Dioscor. lib. 3. cap. 88.

## S PH R

*Sphragitides uenae*, id est, iugulares, ut uerit Theodorus, in dextra, sinistraq; prægrandes. Celsus.

## S PH Y

*σφυγμός*, siue pulsus, est intentio et remissio indiuisibilis arteriæ & cordis.

*σφυρόν*, sub crure pars, unde nomen calcariis lingua uidetur dedisse uernacula.

Alio uocabulo Pezam dicunt: unde Argyopeza Thetis apd' Homerū, ueluti argento similes habēs pedes; qd' sub sura est.

## S P I

*Spica uirginis*, nomen est sideris antiqui.

## S P

*Spicū neutro genere dixere*. Hinc illud, Spicum illustre ferens splendentī corpore uirgo. Col. lib. 11. cap. 2. Cicero in Arato.

*Spica*, granum & aristam, quæ uti acus eminet e folliculo, siue gluma, significat.

*Spicatum*, id est, Nardinū unguentū, olim Romæ sic dictum.

*Spicilega*, id est, Passerculus.

*σπιδόνητοι*, ab aspide morsi.

*Spigeter*, extrema alui pars, latine, sedes, uel anus.

*σπίλοι*, id est, maculæ.

*σπίλοι*, notæ quæ in uestibus haerentes, eas decolorant, qua similitudine aliquando in humano uultu, & reliquo corpore maculæ oriuntur, nullo aut exīguo uitio, summāq; cutem tantum uariantes.

*Spinus*. Lege, Prunum sylvestrem.

Spinarum genera sunt: *ἄκανθα*, id est, spina vulgaris. *Acacia*, πυξίανθα, λευκάνθα, Acantha Ariana, *ἄκανθα βασιλία*, siue regia, spina sitiens, spina pennata in Aegypto, spina appendix, spina bunia decem & septem numero. Item Galatica, siue Pontica, siue Cappadocica; de quibus lege Coroll. Barbari apud Dioscoridem libro 1. dictione Acacia.

*Spina buxea*, id est, Lixium.

*Spinam Arabicam*: quidam hanc esse putant, quam Plinius Lamam uocauit, etiam in India nascentē, a qua gummi adulterio myrrhae prouenit. *Barbarus Arabicæ spina* meminit, & Dioscor. lib. 3. cap. 14.

*Spina* aliquando cū additione uocatur spinalis medulla. Autor Galenus de locis affectis lib. 3. cap. 10.

*Spina alba* quid sit, lege apud Dioscoridem lib. 3. cap. 13.

*Spina Ceruina*, frutex qui in arborē quoq; excrescit. De qua uide Manardum lib. 9. cap. 3. & est Rhamnus.

*Spina Aegyptia*, Spina Arabica, idem. De qua Dioscor. lib. 3. cap. 14.

*Spina mollis*, Crisium, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 120.

*Spina Cerualis*. Lege, Rhamnum.

*Spina sylvestris*, Carduo similis, aculeata, breuior quam quæ in hortis, satisq; prouenit. Dioscor. lib. 3. cap. 19.

*Spina*, tuberculum quod Greki dothienem, Latini furunculum uocant.

*Spinacium olus*, quod Arabes Asparas uo-

## S P

cant: nos paululū ita mutato nomine Spianum. Manardo uidetur esse, quod apd' Dioscoridem uocatur Chrysolachanon, item Atriplex: de quo ulde Epistolarum li. 9. epist. 3. Secus nos in Herbario nostro germanico. Attigimus & in secūdo tomo latini Herbarij de ea herba nonnihil: adeo non constamus nobis, si centum etiam de una & eadē re scribamus. Quod ingenue oportet fateri, propter purpuratos illos, qui cum titulos illos tumidos iacent, ne unam quidem uilissimam herbam, quam in cibo quotidie sumunt, recte nouerunt. Spinalis medulla, cerebro connata est, pin-  
guior tamen, & albior.

Spinturnix, ea quae dicitur & Chithia auis. Spionia uitis, est mulso larga & amplitudine uiuarum quam numero fertilior. Columella lib. 3. cap. 21.

Spira, dicitur basis, columnna unius tori. Et genus operis pistorij. Et funis nauticus in orbem conuolutus.

Spiritus uocantur, qui in corpore sunt: flatus uero, qui extra corpus existunt, aer. Hippocr. lib. de Flatibus.

Spiritus, est fluxus aeris in longitudinē con-  
tinuus. 4. Meteor.

Spiritus. Lege, Ventus.

Spirituum scaturigines unde nam prodeat ex terra, & qua ratione, require apud Ari-  
stot. de Cœlo & mundo, & libris Meteo.

Spiritus morborum omnium cauſa.

Spissamenta, siue Spissamina, σπισματα  
græce.

Spithame, mensura ab magno digito, ad mi-  
nimum usq; numeratur.

## S P L

σπλάγχνα dicūtur, quæ latinis exta sunt ui-  
taliora, scilicet interanea: qualia sunt cor,  
pulmo, iecur. Aruspicinae prima uox illa  
fuit, qua cunctas eas partes in animalibus  
significarent. Translata deinde ad partitū  
in animalib. historiā, & medicinę uox est,  
qua meliora, utiliora q; interanea oīa com-  
muni extorum appellatione indicata fue-  
runt. Interdum tamen solum iecur ea uo-  
ce intelligitur: id enim maxime in aruspi-  
cina obseruari præcipiebatur.

σπλάγχνος, sic Dioscorides Muscum arbo-  
rum cognominauit libro primo, dictione  
Bryon: quo uocabuli etymo, non sane li-  
quet, nisi quod Græci σπλάγχνα exta ap-

## S P

pellant: nec est tamen quod animantium  
extis, cum Bryo conueniat, siue cor, he-  
par, lycenem, aut pulmonem aecipias. nul-  
lum enim, ut Bryon, uillosum, aut Musca  
modo in tā multa capillamenta disceptū.  
Splendor, glummer, oder katzenfylber.  
Splen, ex arterijs & uenis tenuia quædam  
uascula habet, atq; in medio concavitates  
quamplurimas uasorum; mollis, & laxus  
est σπλήν, lien.

Splenetides, uenæ splenis.

σπληνικοί, id est, lienosi uocantur, quibus  
lien, obstruso, obseptocq; in eo atrē bilis in-  
cremento induruit.

Splenetici, quibus splen præter naturam  
inflammatus, non recipit liberationem in-  
flammationis, sed in ipsis remanet durici-  
es, & uelut in his morbis fluxione infesta-  
tur. Mutatur autem & secundum natu-  
ram corporis color. Galenus de Defini-  
tionibus.

σπληνια, apud Græcos, est splenis uitio la-  
borare.

Splenion, idem quod Asplenion, apud Di-  
oscoridem lib. 3. cap. 152.

Splenion, Hemionitis, apud Dioscoridem  
lib. 3. cap. 153.

Splenion, Periclymenon, apud Dioscori-  
dem lib. 4. cap. 15.

σπληνίτις, lienaria uena.

Splenium. Plinius libro. 21. capite. 15. Vnde  
Spleniata frons Martialis, a lienis forma:  
cuius meminit & Pollux, & Dioscorides,  
& reliqui.

## S P O

Spodium, Oleastrifolia, cum floribus in ci-  
nerem redacta. Modum conficiendi uide  
in Dioscor. lib. 3.

Spodian, quid reuera sit, uide apud Dioſco-  
ridem libro quinto, capite septuagesimo  
sexto, de Pompholyge.

σπονδεοί, conuulsi.

Spondylus, nomen est piscis, uertebras et  
nodos in ceruice, &, ut autor est Pollux,  
τρέχηλος, id est, spinas habēs. nam cōstat  
septē Spondylis. Appellantur & Spondy-  
lia. Vide Columellam libro octauo, capi-  
te decimosexto.

Spondylion, folijs tantum differt a Pana-  
ce: quia sunt minora, & Platani diuisura.  
Non nisi in opacis gignitur. Plinius libro  
12. capite. 25.

## S Q

Spondylus, falsamentorum generis.  
 Spondylum, quod in capite mugilum echinata specie conspicitur. Athenaeus.  
 Spondylon. Lege, Spondylus.  
 Spongion, Nerion, apud Dioscoridem lib. 4. capite. 85.  
 Spongothoræ, id est, Spongatores, siue urinatores.  
 Spongiarum naturas & iuuamenta, requite apud Dioscoridem lib. 5. cap. 129.  
 σπογαδίκος, morbus qui quoquis tempore obuenit, & quoquis loco.

## S P V

Spuma salis, in exilibus petris inuenitur; de qua uide Dioscor, lib. 5. cap. 118.  
 Spuma argenri, hoc est, Lithargyros, distat a Scoria, quo a fæce Spuma, & Lithargyros, purgantis se materiæ uitium est. Vide Dioscor, lib. 5. cap. 93.  
 Spuma nitri, græce Aphronitron, apud Dioscoridem lib. 5. cap. 122.  
 Spuma in comitiali laborantibus sic fit. Nā & iugulares uenæ aer transiens penetrat quidem, ipse adducit autem simul secum quod tenuissimum est in sanguine: id ipsum cum humidum sit, multa permixtione albescit. Tenues enim membranas purus permeans aer pellucet, quapropter & alba spumæ temere apparent.  
 Sputa, reiectones, quæ sponte sua, & quasi naturalis purgationis modo in os subeuntia pelluntur.

## S P Y

Spyradæ, stercora caprina.  
 Spyrdana, caprarum stercora rotunda.

## S Q V A

Squali, pisces. Plin. lib. 9. cap. 24.  
 Squama uitalis: utitur ea uoce Plinius lib. 36. cap. 24. Gypsum dicens optimum fieri e lapide speculari, squamam uitalem habente: sed cauendum, ne lectio uitiata sit. quan doquidem uetus codices sic habent: ex la pide speculari, squamam talem habente. Est enim specularis lapis duplex, ut eodem libro ait, capite. 22. Absolutus alter, ac per se nascens segmenti modo, uel ut ipse Iegerim, Cementi. Alter saxo inclusus, aut complexu silicis alligatus. Gypsum igitur optimum intelligit, uel e primo genere, hoc est, specularis absoluti: uel e secundo, id est, e lapide, quisquam talem habeat inclusam.

## S T

Squarrofa, scabraq; ligna, græce λαπρά...  
 Squatinæ, piscium nomen. Plinius libro. 9. capite uigesimo quarto.  
 Squalere dicuntur, quæ amissi nativo humore, aut eo carentia, mollitudinem nō habent: aut eo exusto, ad ariditatem transierunt. Potestq; aliquid squalere, & nō tam en asperum esse. Sic senum corpora squalere dicuntur, & per anni æstum agri, cum minorum & annuarum plantarum folia, & caules in cremia transierunt.  
 Squama æris, Cyprij clavis ære fabricatis excutitur, crassa & ipsa. De qua uide Dioscoridem. lib. 5. cap. 80.

## S Q V I

Squinanthum, uocabulum officinarū, quæ ex duobus scilicet nomīnib. σχοῖνος, & ἄνθη, pro more suo, ut omnia soliti sunt corrumpere, fecerunt Squinanthum. Græce uecatur σχοῖνθη, uel odoratus iuncus, uel iuncus rotundus odoratus. Usus est tamē floris tantummodo: et lamī officinæ tantum exhibeant stramina. Vide, Schoenanthos.

## S T A

Stacte, Dioscoridi libro primo uocatur pin guedo recentis Myrrhe, cū exigua aqua tusæ, & organo expresso. Ea perq; odora rata & preciosa est, atq; unguentum per se facit, Stacte nominatum. Maxime probatur quæ nullam olei admixtionē admisit, cuius minima portio compos est uirium plurimarum, uim myrrhe calidis unguen tis respondētis habet. Suidas σακτή εἴδος ἀρώματος, η κασια. Appellatione unguenti Aegyptiaci Stacten uenire, autor est Athenaeus. Hodie officinæ omnes Storacem liquidam uocant: quanquam est & alia Storax, de qua alias.

Stachyte, Tripolium, apud Dioscoridem libro. 4. cap. 136.

Stachy. Lege, Orminon.

Stachys, frutex marrubio similis, sed longior, folia ferens numerosa, hirsuta, rara. De qua uide Dioscoridem libro. 3. capite. 119. Plin. lib. 24. cap. 15.

σέχυς, spina, atq; ea pars appellatur, quæ sub uentre est.

Stachytes, Potamageton, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 102.

Staes, massa farinæ, quæ alio nomine, Con spersio.

## S T

Staffæ, uulgo pedū equinorū sustentacula.  
Stagna pestilentissima in Sardinia. De quibus uide Solinum cap. 10.  
Stagoniam uocat Græci, Thus māmosum.  
*sægriæ*, id est, masculum thus: & principatum tenet, sicut natura rotundum. De quo plura Dioscor. lib. 1.  
Stagonitis, Galbanum, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 96.  
Stalagonium, Chalchanti species est, purissimæ stiriæ, siue guttæ simile: a quo & non men *sælægus*.  
*sælætus*, repressiua, contractiua.  
*sælætus d'uræus*, retinendi & sistendi uis.  
Staphyle, uua, a Staphylo liberū patris filio.  
*sæphylōphōs*, uuigera, columella nomine.  
Staphyloma, uuatio, oculi uitium, lege, Exulcerationum quæ in oculis.  
*sæphylōs*, a Plinio dicitur hæc uua Astraphis agria, quam Taminiam aliqui uocat falso: suum enim genus habet. Valet ad pituitam: unde a quibusdam dicta pituitaria. Græco uocabulo Agria staphyle, dicitur uua sylvestris. Colum. lib. 5. cap. 5.  
Staphilinus, Pastinaca erratica.  
Staphisagria, apud Dioscoridem libro quarto, capite, 158.  
*sæphyliv* ἄγριος, Pastinaca agrestis, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 57.  
Stathenia, pectoris suum medianæ portiones.  
Statica. Lege, Siliqua.  
Statumina, pedamenta, pedis adminicula. Colum. lib. 5. cap. 3.

## S T E

*stætōmuæta*, n̄ *stætōmuæ*, est adipis contra natura collectum aliquo loco incrementum, nomenq; illis ab adipe, quē Græci *sæg* uocant. Atq; in toto illo abscessuum genere quotsunt clausæ & latentes in eis humorū substantiæ, tot etiam Græcis eorum nominasunt. Non ideo quia in illis substantiæ illæ sint a quibus nomen inueniunt, sed sola earum similitudo: scilicet Meliceridae, Atheromata, quæ apostemata sunt tunici illis clausa & contenta. Et quoniā quæ clauditur, & quæ continetur in illis caro, aut carnosum corpus, mutata ex corruptione natura, modo adipescit, modo putreficit: ideo hoc, aut illo nomine censetur. Dico autem adipescere, aut pullescere, in adipē, aut pulsi similem humorē mutari: Ideoq; illud Steatoma, hoc Atheroma a Græcis di-

## S T

ctum fuit. Est enim Atheroma ab athora, quæ uox pultis triticeq; aut ex alia fruge genus Græci uocabant, quasi pultatio. Quod genus idem Galenus definit: Nervosam esse tunicam Atheroma, in qua pultaceus humor continetur.

Stœbe, apud Dioscoridem lib. 4. capite, 14: herba Scabiosa dicta.

Stœchis, umbilicus terræ, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 93.

*sæymæ*, adstricta renū uittia, omnia scilicet illa, quorum impedimento urina aut difficulter, aut rara, aut per interualla redditur, siue in renibus, siue in uesica ea sint.  
*sæyrwotis*, cutis constipatio, quæ fit, uel meatus obstructis, uel illis ipsis densatis. Curram eius uide apud Paulum libro primo, capite uigesimo primo.

Stelephuros, Theophrasto est Plantago.

Stella, Aster, uel Inguinalis herba, apud Di-

oscoridem lib. 4. cap. 121.

Stella, pisces parua admodum carne intus, extra duriorē callo. Huic tam igneum feruorem inesse tradunt, ut omnia in mari atactu aduratur. Plinius libro nono, cap. 60.

Stella crinita uocatur, propter fulgoris species: fed ubi in alteram partem ille dilatatur se numero. Euenit autem, ut fulgores huiusmodi tempore multo permaneant, sepe ut confestim extinguantur.

Stellio, Lacertæ genus stellatæ, Chamæleontis naturam habet, rore uiuens: nullum animal fraudulentius, ut inquit Plinius libro octavo.

Stelliones. Lege, Tarantulas.

Stelliones, in nouis domibus cernuntur, ueneni præsentanei: in locis ostiorum, fenestrarumq; sunt, aut cameris, sepulchrissue.

Vocat Astalabotem Græci, & Colloton, & Galeoten.

Stenochiriasis, equorum morbus, cum scilicet eis constringitur uisus, & uires amittit.

*sæyætegæ* φύλλα, angusta et contracta folia.

Stephane, Laurus Alexandrina, apud Di-

oscoridem lib. 4. cap. 148.

Stephanos Alexandri, Daphnoïdes, apud

Dioscor. lib. 4. cap. 149.

*sæphæv* Πόρος. Vide, Poros.

*sæphæv* Λευκοῖος, corona uiolacea.

Stepsicerotes, circa mare caprarum genus.

Stercus, excrementum alimenti, ex conco-

ctione & digestione cōmoda segregatum,

## S T

**Stercus ferri**, id est, scoria, de qua uide *Dioscoridem lib. 5. cap. 85.*

**Stereon**, solidū corpus Græci uocant, quod ex tribus dimensionibus constat.

**Stergethon**, Cotyledon, apud *Dioscoridē lib. 4. cap. 93.*

**Sterilitatis cauſſa duplex**. Vna a uiro, altera a fœmina prodit. Ab hac uel propter humiditatem nimiam, aut pinguedinem uulue. A mari autem, quando ipse est spado factus, et testiculis caret, uel alio quoquis pacto ægritudine detentus. *Galenus de Definitionibus.*

**Sternon**, inferiora thoracis.

**Sternutamēta** ueteribus sacra fuisse, uel ex illo *Theocriti deprendimus*,  
*σιμιχίδα μέντης ἐπέτρεπον.*

**Equidem Musæ amores sternutatione approbarunt**. Et ex illo *Catulli*,  
*Hæc ut dixit, amor sinistra  
 Dextra sternit approbatione.*

**Sternutamentum**, flatus uniuersi eruptio.  
**Sternutatio** cauenda in cōceptione, & post, atq; inibi de incommodis eius. *Vide Solinum cap. 50.*

**Sternutare habitum olim faustum omen fuit**: uidelicet, si inter narrandum incesserit, & sermonis ueritatem præferre uulgo creditum fuit. Hodie quoq; ultra ternitatem sternutare parū faustum habetur. *Penelope somnia recitante, Telemachū sternutasse, bonum omen fuit.*

**Stelion**, Staphisagria, apud *Dioscoridem libro. 4. cap. 156.*

**st̄bos**, superior thoracis pars, ad iugulos usq;

## S T H

**Sthatenia**, pectoris summae medicinæ portiones.

## S T I

**sībægæ**, ponderosa.

**Stiches**, iuxta Galliam in insulis eiusdē nominis, e regione Massiliæ gignitur: unde cognomentū accepit. *Diosc. lib. 3. cap. 29.* **Confidere** quidam recentiorū Stoëchadion cum Stachye: item cum Santonico Absinthiū. Legitur & Stoëchis, p Stichas.

**sīyματα**, in antiqua medicina dicta sunt, nō puncta, sed maculis punctorum, quantitate et forma decolorata cutis. Differuntq; ex antiquis scriptorib. & ex nomine ipso colligitur sīyματα ἀλευκά, & utraq; uitiligine: quod in ijs, siue candidæ, siue nigre

## S T

maculæ sint, maior quantitas, & nulla certa forma est: in stigmatis autē puncta tantum, & punctis variata superficies.

**Stillicidium**, Latini appellant malum, cum sine calculo et inflammatione lotiū egeritur.

**Stipa**, Stoebe, apud *Diosc. lib. 4. cap. 14.*

**Stirps**, truncus arboris.

**Stiua**, pars aratri est, de qua *Vergilius*:

Stiuaq; quæ currus a tergo torqueat.

*M. Varro*: **Stiua**, inquit, a stando dicta, in qua transuersa regula est dicta manicula, eo quod manu bubulci tenetur. *Columel. lib. 5. cap. 3.*

**Stibi lapis**, & **Stimmi**, & **Stibium**. *Vide distinctionem Stimmi.*

**Stilago**, Coronopus uulgo.

**Stimmi**, quod nos **Stibiū**, & **Stibi uocamus**, in argenti metallis inuenitur, spumæ lapis candidæ, nitentisq; non tamen translucentis: aliqui Alabastrum uocant, Alabandum, & Alabandicum. *Vide Dioscoridem lib. 5. cap. 90.*

**Stipteria** quid sit, uide apud *Dioscoridem libro. 5. capite. 112.*

**Stipulae**, sunt folia culmum ambientia.

## S T O

**Stolones**, Plinius in arboribus appellat fructuationem inutilem. Vnde & **Stolonus** Liciniæ genti inditū cognomen. *M. Varro* planissime scribit de Stolonibus, cuius uerba subscripsi, quæ sunt hæc. Nam Stoloni illa lex, quæ uerat plus quingenta iugera habere ciuem Romanum, & qui propter diligentiam culturæ Stolonus confirmauit cognomen, qui nullus in eius funda reperiri poterat Stolo, qui effodiebat circum arboris radices quæ nascerentur ex solo, quos Stolones appellabant, libro quinto, capite. 8.

**Stolon** legimus dictum in animalibus caude tenorem, ut interpretatur *Theodorus*. Nam Aristoteles ait, caudis quandoq; inesse longiores pilos, si stolos fuerit breuis, ut equis: alias uero breuis, si longior sit stolos, ut bobus.

**sōμα**, os.

**Stomachi nomine** Plinius postremā gulæ partē accipit, cui mox adnectitur uertex.

**Stomachici propriæ** Galeno sunt, qui cibū non continent.

**Stomachica syncopis**, morbus qui alias Saracica passio uocatur.

## S T

Stomachus nernosus quidē, & arterijs plenus, appetitui, & deglutioni ciborum, uel ut instrumentum accommodatus; aut qui siccī & humidi nutrimenti receptaculum ac meatus est.

Stomachus, id est, *sóμα τὸς γαστὸς*, hoc est, os uentriculi.

Stomachus uomituriēs, patus ad uomēdū.

Stomachum intelligere oportet non solum eū qui ita proprie nominatur, sed & ipsum uentriculi os. Galen. lib. 6. Aphor. 39.

*σόματος ἐνωδία*, oris bona redolentia.

Stomaticum, id est, stomachicum, & stomachi confortatium. Habetur autē duplex, *σόμιον τὸς μήτρας*, os & hiatus pudendi muliebris.

Stomoma, genus squamę subtilius, ex summa uidelicet lanugine decussum.

## S T O E

*σοιχῆα*, principia prima ex quibus consistit homo, scilicet, ignis, aer, aqua, & terra.

## S T R A

*εργασίσμος*, oculorum uitium in ijs, qui Strabones dicuntur. Fit autem ex conuulsione muscularum bulbum mouentium. Lege, Exulceration, oculorum.

Strabositas, idem quod Strabismus.

*εργυγόρια*, urinæ stillicidium. Id etiam *στρουγιαῖ* uocat Aristot.

*εργυγόριω χθὲς γὰρ ἔφαγου κάρδαμον*. Si quidem urinam supprimit cardamū. Vel ut grece dicam, *ὕρων* esti επισχετικὸν, sed & *πύρσματος δυσορία*, quibus lotiū egreit; idem quod *εργυγόρια*.

*εργυγριῶνται*, urinæ stillicidio laborates. Stranguria, urinæ stillicidium.

Stramenta, a sternendo.

Stratiotice, Millefolium apud Dioscoridē libro. 4. cap. 116,

Stratiotes, herba, apud Dioscoridem, fluuia tiliis, & aquis supernatat, sine radice, libro 4. capite. 103.

Stratiotes Chilitophyllos, Millefoliorū generis, apud Dioscoridem libro quarto, capite. 104.

Stratoma, tuberculum est, sic dictum *ἄπο τὸ σιτό*, quia quiddam pingue in eo sit, collectum sub cutem; fit in capite, ceruice, alis, lateribus.

Strato, Medicus, citatur ab Aecio sermone 13. capite. 46.

Straton Peripateticus, a Macrobio libro

## S T

primo in somnium Scipionis, Medicus inducitur.

Stratonicus, & Sabinus celebrantur discipuli Hippocratis ab Galeno libro de atra bili.

## S T R E

*εργέματα*, a nobis luxata, cum suo loco morta offa, legitimos naturę in ea parte motus cum dolore remorantur.

## S T R I

Strigil, instrumentum quo balneatores fricabant; sordesq; eas Strigmenta uocabāt, quae athletis ad ungendum uenundabantur. Indicauit cōmoda eorum etiam Diocorides lib. 3.

Strigmenta balnearium dicuntur, que oleo illitis capitibus post sudorem, una cum sudore, reliquisq; humani corporis cōcreta, & in balneorum paumentis relicta sunt. Græci *ένπονος βελανείων* uocant.

Strigmenta palestrarū, hoc genus aliud nō sunt, q; puluis, qui luctantiū corporibus inspergitur, & oleo superuenit. Hæc pulueris inspersio a Græcis *ἀφίν* dicebatur, puluis ipse *κόρης*. Cum ipso te, inquit Plinius, puluisculo conuerram. Et Geometricum est puluisculus.

Strigmenta e parietinis, & a palestra. Barbarus significare existimat sordes e statuis gymnasij, & e parietibus. Porro Gymnasium quid sit, require in dictione Gymnasium.

Strigosus, apud ueteres morbus dicitur irritorum, qui corpora stringit aut fame, aut alia uitij cauſa, quasi strigosus, a stringendo. Aulus Gellius Strigosum appellat equum emaciatum, & male cinnatum. Liuuius tradit equos ex itinere uilos esse strigiosores, hoc est, macriores, attenuatoresq;. Columella libro sexto, capite trice simo sexto.

Stringere, decerpere, seccare, & colligere. Vergilius, Sed tamen & quernas glandes, tum stringere tempus. Hinc stricta olearia dicta, quae manu colligitur. Columella libro. 6. cap. 3,

Stringere item, colligere. Inde strictuæ oilæ, quae manu leguntur; ad differentiam caducarum.

Striphna, quæ ualenter adstringunt.

## S T R O

*εργέλαιοι*, id est, nuclei pinei; quanquam *εργ*

## S T

**S**πλος, & tripudij genus est, siue saltationis, apud Iulium Poliucem.

**s**πόλινος, pineus.

Strobon uocant, quod in Nabathaea gignitur Ladanum: & fit a capris.

Strobos, arbor in Carmania, optimos succensa de se suffitus & odores fundens, Plinius lib. 12. cap. 17.

Strongyloprosopa dicuntur, quibus rotunda est facies.

Stropheos, conuersio colli circum sphondylos.

**s**πόφοι, graues quidem, sed non omnes, nec ubiq; in homine dolores: sed qui circa umbilicū omne id spaciū quod in anteriore homine ab ostio stomachi, usq; ad umbilici partes descendit, & usq; ad epigastrion, latine, tormina, a torquendo, ad imitationē Græcorum. Frequens Plinius ea uoce utitur. Nec Celsus aliud significare uidetur libro secundo, capite undecimo, cum inquit: Eiusdem morbi nota est, ubi circa umbilicum intestina torquentur. **s**πόφοι Græci nominant. Pluribus dictionis eius **έπυμον** executus est Marcellus Vergilius in commentarijs in Dioscoride, dictione Agathochon.

## S T R V

Strutio magnus, Strutio parvus, Strutio Aphricus; atque de his omnibus latissime Aelianus.

Strues, dicebantur extremitates rerum, & proprie in sacrificijs.

Struma, tumor quo subter cōcreta quedam ex pure & sanguine quasi glandulæ oriuntur, quæ uel præcipue fatigare Medicos solent: quoniam & febres mouent, nec unquam maturescunt. Celsus libro quinto, capite. 28. Item,

Struma morbus est, cui ppe peculiariter obnoxij sunt sues: unde & a Græcis **χοιράδες** uocantur. Vulgo Scrophulas uocat, a scrophis, quæ illis maxime infestatur. Plinius, Obnoxij sunt sues morbis, anginæ maxime & strumæ. Est & struma, ut docet Cornelius Celsus, tumor in quo subter concreta quedam ex pure & sanguine quasi glandulæ oriuntur, quæ præcipue fatigare Medicos solent, nec unq; facile maturescunt, maxime in ceruice, sed etiam in alis, & inguinibus, & in lateribus. Columella libro 7. capite. 10.

## S T

Strumæ, est Batrachium: sic dicta, quia Strumis potissimum medetur.

Strumus, Solani generis.

Strumarum curationē require apud Pauli libro sexto, capite. 36. & inibi quid reuera sint Strumæ.

Struthea, Cotonea. Lege, Cotoneorum genera.

Struthiocamelus, auis Aphrica, & Aethiopica, altitudinē equitis equo insidentis excedens, quouis equo uelocior: ad hoc donum datis pennis, ut currentem adiuuent. Cætero nō sunt uolucres, nec terra tolluntur. Plinius libro decimo, capite primo. Lege, Struthium.

Struthium, ab aliquibus Cordon, ab alijs Catharsis, ab alijs Struthiocamelus, a quibusdā Chamerrhytō, a Magis Callyrrhyton, a Latinis Lanaria herba, aut Radiculā appellatur: herba qua purgandis lanis, utuntur qui eas eluunt: spinosa herba, nō tamen acanacea. De ea uide Dioscoridem libro secundo, Plinium libro. 19. capite. 11. lib. 24. cap. 11.

## S T R Y

Strychnæ, id est, Strychnon, apud Dioscor. lib. 4. cap. 76.

Strychnos, ἄσθραχνον, id est, species hoieris. Sic Theocriti interpretantur scholia. Vide de hac Dioscoridem.

Strygis, apud Hippocrate frumenti quadam genus, lenius tritico, sed quod uentrē magis ducit.

Strychnon, apud Dioscoridem libro quarto, capite. 74.

Strichnon Hípnoticon, Solanum Manicū uocant, apud Dioscor. lib. 4. cap. 76.

**s**πύγρη, acerba, uehementer adstringentia. Stryphnen, uinum acerbum, quo Galenus ad sanguinem suppressum utitur Method. 5.

## S T V

Sturnio, non est Silurus, quod putauit Paulus Iouius libro de Piscibus Romanis. De quo uide prolixam admodum disputacionem apud Manardum libro. 9. Epistolæ rum, epistola. 3.

Sturnus. Lege, φίνις.

De Sturnis uide Plinium lib. 10. cap. 24.

## S T Y

Stymmata, græce spissamenta. Vide dictio nem, Spissamentum,

## S V

*Styphonia, Stechas, apud Dioscoridem libro. 3. capite. 29.*

*σύγαξ θάκηοι ἐσὶ δευτεριώς οὐοτουντιών, id est, Styrax lachryma est arboris malo cotoneo similis. Officinae Storacem uocant. Diosc. lib. 1. Plin. lib. 12. cap. 17. 28. lib. 24. cap. 6. Theoph. lib. 9. cap. 7.*

*Styrax, arbor Cotoneo malo similis, lachrymæ ex austero iucundioris, intus similitudo harundinis, succoq; prægnans. Nascitur in Syria Iudeæ proxima, circa Casium Seleuciæ montem. Plin. lib. 12. cap. 25.*

## S V A

*Suavis color. Lege, Color uarius.*

*Suasus color. Lege, Color uarius, & Puluis color.*

## S V B

*Subèr, arbor procera, sine multis ramis, ligno robusto, cortice percrasso & aspero in senectute. Pulchre pingitur ab Hermolao Barbaro Coroll. in Fagum.*

*Subgrundia. Varro etiā subgrūdias uocat. Subinde, frequenter, alias, mox, deinde, & itidem. Colum. lib. 6. cap. 2.*

*Sublunies atq; intertrigo. Videtur Sublunies esse exulceratio, in pedibus ouium nascens, quando scilicet ab ungula cutis resoluitur: in homine Reduuiam dicunt. Lure enim soluere est, quasi subtus soluatur corium. De Intertrigine quæ ex intertritu nascitur, alias. Columella libro. 7. cap. 5.*

*Submittere prolem, educare, producere, propagare. Colum. lib. 7. cap. 9.*

*Subruimentur, sub mammā mittantur, subiij cianturq;: antiquo nanq; uocabulo mamma dicitur rumis. Vnde agni & hœdi subrumi appellātur, qui sub rumis, id est mammis adhuc habentur. Hinc uerbum subrumari, quod significat sub mammā subiīci. Hinc ruminalis ficus, quod sub ea arbore lupa rumam, id est, mammam Romulo & Remo dederit. Columella lib. 7. capite. 4.*

*Subscudes, appellantur tabulæ, quibus tabulæ inter se configuntur: quia quo innuntiuntur, succiduntur. Pacuuius. Nec ulla subscus cohibet compagem.*

*Substillum, a stillando dicitum. Est autē gemitudo, quando stillatim urina emittitur.*

*Substructiones, Plinius, Cicero, ceteriq; uocant ædificia enormia, sumptuosa, & impendijs prope regalibus extructa.*

*Substructiones item intellige aceruationes*

## S V

*Iapidum in unum agrí locum congestorū, instar substructionum, quibus ædificia magna consurgunt. Columella libro primo, capite secundo.*

*Subtercus, idem quod Hyposarca, uel Sarctites hydrops.*

*Subuesperus, uetus flans ad sinistrā Aphrici. Vīctruius.*

## S V C

*Succendentia præsentia signa. Lege, Signū.*

*Succidanea, ea quæ alio nomine ἀντιβαλλόμενη, uel ut barbari uocat, Quid pro quo.*

*Succidia, a suibus edendis dicta.*

*Succidium, exponit Nonius prolarido.*

*Succinctura, Aristoteli Diaphragma, uel septum transuersum.*

*Succingulum, membrana, uel potius tunica quæ est circa costas, in qua cognoscitur aliquando pleuritis.*

*Succinum Elatinum. Lege, Electrum.*

*Succinū orientale. Lege, Electrū, & Erasmum Stellam.*

*Succinum. Lege Asarum, uocabulum Tuscum, siue, Etruscum.*

*Succus acidus, id est, Melancholia: quoniam scilicet acris in morem aceti fit, & corpus animalis rodit.*

*Succum dulcem, olim Praxagoras, & Philotimus, magis proprio uocabulo pituitā uocabant.*

*Succus uitreus, secundum Paraxagoram frigidior & crassior.*

*Succus Papaueris, id quod uulgo Opium uocant.*

*Succussarij equi uocantur Germanorum, quod subsultim & moleste ingrediantur. His similes appellat Nonius Tortores e- quos: Plautus uero Cruciantes, ut crucian te, inquit, canterio. Succussarios Festus. Sacerda, stercus suis.*

*Sucotachos, Helxine, apud Dioscoridem libro. 4. cap. 42.*

*Suculæ. In capite Tauri sunt stelle, numero septem, quas nostri Suculas uocant. Greci Hyades, nomine pluuiio. Nam Græcis νέα dicitur pluere. Haec autem stelle cum oriuntur, & occidunt, tempestates, pluuios, largosq; hymbres cident. Imperiti arbitrantes dici Hyadas, a suibus, qui græca uoce νέα nominantur, a similitudine nominis. Græci appellauere Suculas: siquidem suis per diminutionem dicitur Sucula. Hinc locus*

## S V

ille Plautinus: Quin tu die recta cum sūcula & cū porculis, Plinius tradit id sidus vulgo appellatum esse Palilicum: quod cēlatur uesperī circa Palilia, qui dies festus est uigesimus primus mēsis Aprilis, idemque urbis Romæ natalis. Columella libro undecimo, capite secundo.

Sucutum, De hoc sic differuit doctissimus vir Manardus de Ferraria. Nemo qui Auicennę, 2. lib. cap. 522. ubi de Sucuto agit, capiti Dioscoridis de Symphito comparauerit, ambigere poterit, idem esse Auicennę Sucutum, et Dioscoridis Symphyton: erroreq; uel interpretis, uel ipsiusmet Aui cennę cōtigisse, ut Semperuiuum dicatur. Errasse autem Auicennam, uel potius ne scisse quid esset, ex eo constat: quod uarias de eo opiniones &c. 2. & 3. lib. affert, nec unī præ alijs adhæret. Secundo enim libro alios existimasse, quod esset Semperuiuum, alios quod Mandragorę cuiusdam semen, alios aliam rem. Lib. etiam. 3. cap. de Sputo sanguinis, duas de eo sententias affert. Nam postquam dixerat, quod est Semper uiuum, aliam cuiusdam Aggregatoris subdit opinionem, non enim de alia Medicinalloquitur sicut Iacobus cognomento de Partibus est arbitratus, sed de codē Sucuto ait, scripsisse uirum quendam in suis aggregationibus, esse calamentum, id est, origani specie, hoc est, similitudine. Origanum autem dici ab Auicenna Calamentum. 2. lib. manifestatur, cap. 158. ubi sub Calamen ti nomine de omnibus Origani speciebus pertractat. Deinde subdit eundem uirum dixisse, q; nascitur inter lapides: utrumq; autem primæ Symphyti speciei adscribit Diosc, nasci uidelicet inter petras, & Origani trahere similitudinē, tertiumq; cum his, sputo sanguinis prodesse. Melius igitur quam Auicenna conieciſti, & Sucutū esse Symphyton, & utramq; eius speciem vulgo dici Consolidam. Quarum maior passim apud nos nascitur, & a similitudine radicis Lucanicam uocant. Miranduleñ. Alam nominant, Alum uolentes, uel potius debētes dicere, ita enim primam eius speciem nominat Plinius lib. 26. & 27. in faxis nascentem, ramis origani tenuibus, in cacumine thymi capitibus, surculosam, odoratam gustu, cum dulcedine saliuam ci entem, radice longa, rutila, digitum crassa,

## S V

## S V D

Sudatorium, quale balneum sit, lege in dictione, Balneę.

Sudor, defæcatio est, & superfluitas humiditatis tenuis & seroſe in sanguine.

## S V F

Suffimentum, Moschatum, apud Aetium, odoramenti genus admodum suave.

Suffitas, fumigatas, & quodam quasi suffumine medicatas. Verg. inquit: At suffire thymo. Apud Plinium frequenter legitur, Suffitus, Suffitiones, Suffimenta. Apud Ouidium, Sanguis equi suffimen erit. Columella lib. 9. cap. 14.

Suffocans affectus. Lege, Catochus.

Suffragines coronæ. Sunt in crurib. posteri oribus quadrupedum Suffragines, quib. pedes inflectuntur. Dici ex eo uidentur, quod subter frangātur. Plinius tradit aues curuare suffragines in posteriora: quibus uerbis planissime demonstrat, Suffragines dici illam in cruribus partem, que humani poplitis modo curuatur. Hic Suffraginosa mula, cuius suffragines morbo infestatur. Corona autem pars est pedis in brutis animalibus. Hinc Suffraginosus, laborans suffraginibus. Columella libro sexto, capite. 14.

Suffraginosa mula, cuius suffragines morbo uitiatæ sunt.

Suffriare, infriare, perfriare, ex eodem fonte manantia uerba, significant minutim conterere, & quod uulgo dicitur puluerizare, atq; inspergere. Colum. lib. 9. cap. 35. Suffus, idem quod puluis.

Suffusio, quæ uulgo cataracta.

Suffusio, est segnis humoris in cornea tunica supra pupillam concretio: que impedit, ne uel uidere, uel certe clare uidere possimus, præcipueq; ob frigiditatē, & imbecillitatē uisibilis spiritus obueniēs, familiaris admodū senibus. Paulus. li. 6. ca. 21. Vel, Suffusio oculorum, omnium Græcorū interpretatione, subeunte, & glaciei modo concreto inertī humore inter corneam & crystallinam fit, quo uisus saltem eatenus impeditur, ne possit discretas rerum species & colores oculus apprehendere. Lege, ὑποχύσις.

## S V G

Sugentiana, id est, Acoron: ut interpretatur Apuleius.

## S Y

Sugillata, græce ὑπόπτια, hoc est, illa uestimenta quæ ex sugillatione, id est, uerberibus, aut simili cauſa sub oculis maxime proueniunt. Nam & ossa oculis subiecta. Iulius Pollux uocat etiam lenticulas in corpore, quas alij φρενοὺς nominant.

Sugillata. Lege, ὑπόπτιον.

## S V I

Suibites, gallice Hedera. Diosc. lib. 2. ca. 199.

## S V L

Sulac, corrosio palpebræ cum rubidine, Sulfur ἄπυρον, quod igne expertum non est. Sulfur uiuum, quod Græci ἄπυρον uocant, nascitur solidum, ut inquit Plinius lib. 35. cap. 15. atque ibidem de generibus eius quatuor require plura.

## S V M

Sumac. Lege, ἐλασιούμελι.

Sumen, infra umbilicum est: dicitur ab antiquis Abdomen, uenas prætenues habet subter cutem dispersas, quibus in utero cō septum aquam emittit, quod in abortu euidentius deprehendimus.

## S V P

Superadnata oculi, membranæque, id quod barbari hodie uocant coniunctivum.

Supercilium solis, Oxyechinos, apud Dioscridem lib. 4. cap. 55.

Supercilium terræ, Capillus Veneris, apud Dioscridem lib. 4. cap. 137.

Supercilium Veneris, Achillea, apud Dioscridem lib. 4. cap. 39.

Supercilium Veneris, Millefolium, apud Diosc. lib. 4. cap. 116.

Superficies conuexa, quæ est corporis circundans extrema.

Superficies concava uocatur, quæ est continentis interior ultima.

Supinitas stomachi quæ sit, atque unde originem habeat, require apud Aecium sermone. 9. cap. 9.

Supplantare uitem, est quasi explantare, de luxare, atque prostertere. sicut in palestrico, curruliq; certamine luctantes supplantant aduersariū, & cursor cursorem: subductisq; pedibus, arietant ad terram: quod græce dicitur ὑποσκελίζειν. M. Tullius tradit, quod qui stadium currit, nullo modo debet supplantare eum, quicum certet. Plinius, uiuas supplantat, pro eo quod est laedit, conuellit, atque delumbat. Columella libro de Arborib. cap. 7.

## S Y

Suppositorium, quod græce rectius βάλανον, latine glandem appellant.

Suppuratio morosa, quæ difficulter ad sanem deducitur.

Suppurationes, apostemata Græci uocant. Fit & Suppuratio, quādo ex ulceribus manat pus, hoc est, sanies. Suppurare dicitur hulcera, quando peruererunt ad maturitatem, & emittunt pus. Columella libro. 6. cap. 11. Hippocrates autē Suppurationes consueuit appellare non eas tantum, quæ sunt in thorace, sed quavis alia parte ad pus alterata particula. Solos uero præcipue magna ex parte suppurratos nominat, quibus inter thoracem atque pulmonē aceruatum est pus: atque hic uere ueteribus mos fuit. De quo in lib. 7. Aphor. 45.

Supputari, putari, decidique ferro. Columel. lib. 4. cap. 33.

## S V R

Sura. Vide, γασπονήμιον.

Surcularis terra, ad surculos progenerandos idonea. lib. 3. cap. 11.

Surculus uocatur, quod ex ramis indiuīdum est, simplexque oritur.

Surculus, qui inseritur ramus, eyn Beltz, zuueig.

## S V S

Sus. De Suibus doctissima quadam ex Barbari Corol. in Diosc. lib. 2. quod incipit, Pulmones equini. Plin. lib. 8. cap. 51.

στριων ἐλασιον, id est, oleum liliorum.

Suspitiones, græce ὑποφάσεις uocatur.

Hippocrates oculorum imperfectas conuentias. i. Prædictionū, Aphor. 14. Considerari cōuenit suspitiones oculorū per somnum: si quid etiam candidē partis subapparet commissis palpebris. &c. ubi subapparentiam illam uocat suspicionem.

Suspendicula, κρεμασῆρες græce. Lege, κρεμασῆρες.

Suspīria, id est, Asthmon.

Suspīriosi, id est, Asthmatici: quos si recti, stantesque spirant, Orthopnoicos appellat. Dispnoea, quam nostri difficultatem anhelandi uocant, lenior est.

## S V T

Sutura, taurum, chorda, nomina sunt membranæ quæ scrotum intersecat: que etiam aliqualiter apparet in cute exteriori, in medio scroti faciens quandam rugam secundū longū corporis. Carpus in Anatomia.

## S Y

## S Y A

$\sigma\nu\alpha\chi\theta$ , thus masculum, sed inueteratum,  
atq; flauum.

## S Y C

$\sigma\nu\alpha$ , hulcera firma, eruptionesq; rotunde,  
cum soliditate aliqua rubentes, quas dolor  
comitatur.

$\sigma\nu\alpha\lambda\iota\sigma$ , id est, ficedula.

Sycamini lachrymam. Hoc nomen, inquit Celsus lib. 3. apud Medicos reperio. Sed cum Graeci morum Sycaminū appellant, mori nulla lachryma est. Sic uero significa tur lachryma arboris in Aegypto nascentis, quod ibi Morosycon appellant. Celsus lib. 3. cap. 18.

$\sigma\nu\kappa\zeta\varsigma$ , Ficus item arbor, sed ea nouella fere ut inquit Iulius Pollux.

$\sigma\nu\kappa\eta\gamma$ , Ficus.

$\sigma\nu\kappa\eta$ , Ficus arbor.

Syce, Peplos, apud Dioscoridē libro quarto, capite. 179.

Sycites, idem quod Catorchite, apud Dioscoridem lib. 5. cap. 33.

Sycomorōn, aliqui etiam Sycaminū, id est, Morum uocant, cuius fructus,  
 $\sigma\nu\kappa\mu\alpha\gamma\eta\gamma$ , id est, Sycomorus.

Sycomorum, etiam propter inefficacem gustom appellatur. Arbor est magna, fico similis, frondosa, multo lacte abundans, folijs mori: pomum ter, aut quater in anno fert, non ramis, ut ficus, sed caudice ipso caprifico non dissimile: dulcibus grossis, sine granis interioribus. Copiose de ea Diosc. libro. 1. Macrobius libro. 3. capite. 20. Plinius lib. 13. cap. 7. Theophrast libro. 4. cap. 2. Galenus. 2. de Aliment. cap. 33.

$\sigma\nu\kappa\omega\tau\iota\varsigma$ , hulcus, quod sic a fici similitudine dictum est. Sub eo species duæ sunt. Alterum hulcus durum & rotundum est. Alterum humidum & inéquale. Ex duro exiguum quiddam & glutinosum exit: ex humido pus & odor malus. Fit utruncq; in ijs partibus, quæ pilis cōteguntur. Est & oculorum uitium eius nominis.  
 $\sigma\nu\kappa\omega\tau\iota\varsigma$ , ficata, ex caricarū esu appellantur.

## S Y D

Syderatio, ut accidat arboribus, require ex Theophrasto lib. 4. Plantarum, cap. 16.

## S Y L

Sylithra, Glycyrrhiza, Dioscorides libro 3. capite. 6.

Syllogismus, est oratio in qua positis qui-

## S Y

busdam, aliud quippiam prius incognitū consequitur. Galenus de Definit.

Sylua mater, Hedera, apd' Dio. li. 2. ca. 199.

## S Y M

Symmetria, est ex ipsius operis membris conueniens consensus, ex partibusq; separatis, ad uniuersæ figuræ speciem, ratè partis responsus. ut in hominibus, corpore, cubito, pede, palmo, digito, cæterisq; partibus, Symmetros est.

$\sigma\nu\mu\epsilon\tau\iota\varsigma\alpha$  item, equa mensuratio, atq; proportio qualitatum. Secundum Galenum 1. de Temper, quod medium inter extrema existit.

$\sigma\nu\mu\pi\alpha\theta\iota\alpha$ , mutua rerum cognatio, apud Galenum frequens.

Sympasma, conspersio, adhibet huiusmodi naribus Cœlius Aurelianus.

Symphona, Lege, Symphonica.

Symphonica herba quæ sit apud Palladiū, non intelligo: quam plantari & seri iubet subtus Cerasum, ne ab oriente Cane infestetur. Nisi quis Apuleium sectatus, Apolinarem herbam interpretetur. Quanquam Plinius Symphoniam herbam describit aternis folijs viridibus, roseisq; per caulem, impostā sanguinem reffientibus mederi. Hanc aliqui Crempheniam scribunt, aliqui Symphonam, alij Comphenam, aut Somphenam. Quod si pro Hyoscyamo sumi posset, non folijs alternis, viridibus, roseisq; sed floribus legendum erit,

Symphyton, Glycyrrhiza, Dioscorides libro. 3. capite. 6.

Symphyton, præter Consolidam etiā Helenij quoddam cognomen est, apud Dioscoridem libro. 1.

Symphytum petreum quid sit, vide apud Dioscor. lib. 4. cap. 10.

Symphytum quomodo differat ab Sucute, lege totum in dictione Sucutum, & Herbarij nostri tom. 2.

Symphysma quid sit, lege, Emphysma.

$\sigma\nu\mu\pi\omega\mu\alpha$ , casus, uel accidens, quod solet accidere in morbo, quod alibi lib. de Differ. morb. Galenus  $\sigma\nu\gamma\iota\eta\mu\alpha$  uocat: perinde ac si dicas, aduenticum germe. Item, Symptoma uocatur, quicquid animati præter naturam accidit. Gal. lib. de Symp. diff.

$\sigma\nu\mu\pi\omega\mu\alpha\tau\alpha$ , quæ morbis & alijs affectionibus superacedunt.

$\sigma\nu\mu\pi\tau\iota\varsigma\gamma$ , Enula campana.

## S Y

## S Y N

**συνάγχη**, Angina, gutturis passio & fauciū.  
barbare, Squinantia.  $\alpha\pi\tau\delta\tau\delta\sigma\nu\mu$ , ιγάγχω.  
Plaericē Medicorum uocant **κυνάγχη**.  
Porro **συνάγχη** esse solum fauciū inflammationem. Vlpianus. ff. de edil. edict. testatur: & **αντιαγχω** interpretatur inuteratos fauciū tumores, qui discuti non ualent: uelut obliquans, obseriensq; p̄focatio. Ni malis παλαιάγχη legere. **κυνάγχη** autem dicta est, ut inquit Aretetus Cappadox, quod id mali canib. quoq; sit familiare. **συνάγχη** uero quod spiritum p̄focat & coartat. Hac aliquando Demosthenes se laborasse finixerat. De quo prouerbii uide in Chiliad. Erasmi, **αργυράγχη** πάχει. Alij adhuc παρεσυνάγχη, ιγ παρεκυνάγχη. faciunt. **παρεκυνάγχη**, ubi partibus qnæ superiacent faucibus inflammation affligitur: **παρεκυνάγχη**, ubi extra guttur infestet. Vide supra in dictione, **Angina**.

**Synchysis**, oculi confusio, cum ob plagam aliquam pupilla turbatur.

**Synchysis**. Lege, Exulcerationum affectus oculorum.

**συνκόμισθ**, Lege, Syncomistos.

**Syncomistos**, panis idem qui  $\alpha\pi\tau\delta\pi\sigma\vartheta$ : interpretari licebit confusaneum, & quod castratus non sit, sed omnia simul tulerit, furfures, utriculos, & similam.

**συνκρίματα**, quasi concreta, uel ex ipsis elementis concretum corpusculum, id est, unguentum.

**συνδέσμο**, nodus & coniunctio neruorū,  $\alpha\pi\tau\delta\tau\delta\sigma\nu\mu$ , colligere.

**Syndrome**, est coaceruatio symptomatum. **συνέχοντα**, id est, continentia dicuntur, solida omnia membra, ut ossa, nerui, uenae, arteriae: ex quibus & musculi, & carnes, totaq; corporis moles conflata est, ad hęc interiorum, exteriorumq; concretiones.

**συνέκτικαι**, id est, cōiuncte cauſſæ, siue continentes uocantur: cum praesentes sunt, & morbi quoq; eorū adsunt: cum tolluntur, morbi discedunt: ut spina, telum, Galenus in Isagog. & lib. Definit.

**συνέχομενα**, id est, contenta humida, quæ in uasis per tota corpora dispersa seruntur.

Atq; hęc quatuor humores uocat Hipp.

**συνέγαι**, cauſſæ, id est, coadiutrices, quæ sua uirtute morbum efficere non possunt,

## S Y

sed alterius auxilio, ut libido arricularem morbum promouet, & remigatio sanguinis eruptionem souet.

**συναίτιαι**, hoc est, coharentes, ac quasi di- cas concuſſæ, quæ & si effectū sua ui pos- sunt cauſſare, alteri tamen coharent, ut la- pis in uesica, & phlegmone.

**Synochos** appellat, in quibus una accessio ab initio ad finē perpetuo manens, in mul- tos dies porrigitur. Sic dictos, id est, conti- nentes, non illi quidem gręco nomine usi: ceterum solœcismum cōmittendum potius rati, quam formam ipsius sine nomine linquendam. Galen. 9. Method.

**Syntexis**, defluxio ex phthisia eueniens paſſione. Vide, Colliquatio.

**σύνθεσις μέρων**, confectio unguentorum.

**Syntrophos**, Rubus, apud Dioscoridem li- bro. 4. cap. 40.

**συνουσια**, concubitus.

## S Y O

**συὸν**, id est, Agnus castus, Vitex, uel **ἄγρος**.

## S Y PH

**Syphar**, Lege, Senium, Senectus.

## S Y R

**Syrenum**, meminit Plinius lib. 10. cap. 49.

**Syria**. Meminit Syriæ cuiusdam Aristot. quā Theodorus Suriam conuertit. Ita Co- lumella. Radix Syria, genus quoddam, ut nonnulli tradunt, raphani significat.

**Syriasis**, inflammatio partiū circa cerebrū, membranæq; eius, præsertim in infantib. Plinius libro. 20. cap. 3. ardores capitis uocauit.  $\alpha\pi\tau\delta\tau\delta\sigma\nu\mu$

**Syringam**, ferrum uulnerarij uocant, quo ulcerum secessus pertentant.

**Syringis**. Lege, Harundo.

**Syrites**, lapis qui nascitur in pectore lupi.

**Syritis**, Lucaniæ gemma, describitur a So- lino capite. s.

**Syrium unguentum**, id est, liliorū: fortasse, quia in Syria multo preciosissimum, & fre- quens conficiebatur.

**Syrmeam**, alij oleris genus apio simile, alij edulium ex adipe & melle, alij ferculū nu- ptiale ex amygdalis, pulpa gallinacea, & faccharo esse contendunt. Nec satis etiam cōuenit in nomine, his Syrneam, alijs Sy- raneam legentibus. Vide super eare com- mentarios Pollucis, & Athenei.

**Syroperdicem**, Antiochia Pisidia gignit, minorem aliquantulum perdice, fuluo ro-

## T A

stro, reliquo corpore nigrum, & cibis inutilem.

Syrupa, olivæ condiendæ genus est Columellæ. Nunc succos herbarum Syrupos uocant in officinis.

*σύρυγξ ἵππα, id est, sacra fistula.*

## S Y S

Systole, est contractio sensum non mouens, quæ ratione & consequentia deprehendatur. Galenus de Definitionib. Vel, *εὐσολή, arteriæ submissio & contractio.*

## T A B

**T**Abani, genit. insectorum. Plinius libro. ii. capite. 33.

Tabes, Latinorum uox latius patet, ut inquit Vergilius, *φθίσις*. Hi enim hac uoce tantum utuntur, cū quibus a capite in pulmonem descendens destillatio eos exhalcerat, febris fit, & frequens tussis est. Latini uero, nō tantū hoc mali genus Tabem dicunt, sed quam Græci *ἀτροφίαν*, & *καχεσίαν* appellant. Quarum prima illa fit, quoties corpus non aliatur, decedentibus semper aliquibus, nullis uero in eorum locum succedentibus. quo malo affectos Plinius semper uocat, qui cibum non sentiunt. Secunda illa, cum malus corporis habitus est, ideoq; omnia alimenta corrumpuntur. Quod fere fit, cū longo morbo uitia corpora, etiam si illo uacant, refectionem tamen non accipiunt. Principiisq; subeuntium aquarū malum corporis huiuscmodi habitum esse, testatus est Paulus Aegineta. Et quoniam tria hæc mala summa semper macies sequitur, ideo Latini communī Tabis appellatione omnia indicarunt. Græci diuersis, proprijsq; in singulis generibus uocibus usi, singula certius docuerunt. *φθίσις* dicta est a Græcorum uerbo *φλίψις*, id est, diminuere. Vnde & autumnum *φθινόπωρον* uocauerunt, quod eo tempore poma, fructusq; omnes, & folia quasi mortis quadam similitudine paulatim decidant. Quinetiam in numerandis ex lunæ luminibus mensum diebus, eadem gens tertię Decadis dies sic quondam numerabat, ut *πρώτη φθινουσσον*, sicq; deinceps, id est, prima diminuentis se mensis, id est, lunę dicerent, propria eius uerbi u in eo sidere utentes: quod a plenilunio quotidiana lumen dimiuuntione, usq; ad nihilum & tenebras decrescit,

## T A

Vicinitate nominis facilis quoque lapsus est in dictione *φθίσις*, quod & ipsum mācē signat; sed ex alia cauſā, priuatim ad eam maciem, diminutionēq; contracta, quæ ex hulcere, perpetuaq; eius uomica fit. Quo malo quoties corpus tebescit, *φθόνη* Græci id dixerunt.

Tabes, etiam arborum morbus, apud Theophrastum lib. 4. cap. 17.

Tabulata in arboribus sunt ordines ramorum, de quibus ait Poeta, Assuescant summa masq; sequi tabulata per ulmos. Quem locum enarrans Seruius, ait, Tabulata sunt rami effusiores, & in plana tendentes, non ad altiora crescentes. Sunt in arborib. ima & summa tabulata ramorum. Plinius docet, tabulata ulmarum ab octauo pede altitudinis dilatari collibus, siccisq; agris, a duodecimo in campestribus & humidis. Columella lib. 5. cap. 4.

## T A C

*ταχηα τῶν πινομένων διέξοδος, unde & οἱ αἰάται nuncupatur, uelut transitus, ἀπὸ τὸ διαφαίνειν.*

Tactus Lege, Sensus sunt quinque.

Tactus fit ab eo qui corpus contingit. Unde spiritalis comprehensiones fiunt.

Tacuinos appellant, nī fallor, Italico idiomate, tabel'as, siue tesserulas. Redegit in huiusmodi Tacuinos fere totam medicinam Eluchasem, et Buhalylyha Arabes.

## T A L

Talassinus color. Lege, Color uarius.

Taleæ, scissiones sunt lignorum, & præsegnina.

Talentum Atticum, sexdecim ( inquit Plinius ) sestertia ualebat, hoc est, pondo quadrageinta. Aegyptium pondo octuaginta: in quibus tamen haud scio an sit error numeri. Cleopatra pondo centū uigintiquinque talentū facit, hoc est, sestertiorū quinquaginta, quanti stipendium tribuni militaris suit. Aphricanus talentū omne pondo sexaginta tradit, propter quod Græci per literam, & decussatā, præfectamq; obelo, intelligunt talentū, quod nota ea numerum sexagenarium significet. Qui uero libræ, hoc est, pondo, apud alios maiores, apud alios minores sunt. Hinc efficitur, ut talenta quoq; non idem ubiq; ualeant. Pollux, Talentum, inquit, pro aureis nummis tribus imputabatur. Nummus aureus pro-